

e 6 maf. 2.  
S.T.V. X.  
C. n. 11. T.  
T.V.

Hec int.  
gr. pigr.  
Q.R.S.T.  
V.Z.r. a.

4 12.13 fig.  
llo. a.

e fig. ca. 14.  
c. D. et p.  
gara. ca. 17  
f. i. si che-  
rall. t. pf.  
que adiz.

rente musculo. Thoracis autem motus, quem maximè ad aeris inspirationem requirimus, omnino aboleretur, si solis duntaxat oſibus thorax conſtareret. Si uero ſi rurſus ex ſolis muſculis motuum opificibus conformateretur, iij pulmonibus & cordi, nulla etiam re externa eos urgente, inciderent. Vt igitur aliqua thoracis capacitas intus fiat, ac thorax etiam motu agatur voluntario, muſculi alteratim fuit interpoſiti. Mox autem & hoc ad ſecuritatem non parum cordi pulmonibusq; conducit, magis enim nunc muniantur, quā ſi ſolis muſculis thorax fabricatus effet. Quinetū oſta thoracis moles firmandis fuſtineſtisq; ſcapulis, ac demum brachis quoq; mirifice conſert. Scapulas enim ſolis inniti coſtis, & claviculas nullo oſle quām fea pulis & pectoris oſle firmari, docebimus: ad quas rurſus brachia, & poſtea cubiti & extremæ manus quadam ſerie coarctantur. Praeterea ſi nullis oſibus thorax coſtaret, nullus eſſet locus unde ſcapulis & brachij & abdomeni ac alijs quibufidam membris muſculi pronacerentur: neque ullis fundamētis muſculi harrent, aut conſteret. Atq; hanc fanē oſci thoracis neceſſitatem, ſi quid aliud, profecto teſtudines non abſque ſumma Creatoris noſtri admiratione, pulcherrimē edocent, quāc eſi tam tuo ſepiatur domicilio, tamen in pectoris & thoracis laterum fedibus elegantiſſimum & iucundissimum ſpectatū oſlium demonstrant teſtum, in hoc duantur in credibili artificio creatum, ut illi priora cura innitantur: utq; muſculi teſtudinis brachia mouentes, commode originem ſumant. Sed fortalitis in medium aliquis adſereret, Cur eſſet peius, thoracis modo abdomen quoque oſleum extrui: quin ſi talis oſci ſtrues uicifim ex muſculis formata uentre circumponeretur, contradictionem ac dilatationem non præpediret, ad haec maior ſecuritas ita abdomini conciliaretur. Qui ſi querit, docendus eſt, ea que uentre continentur, non potuisse adeo, atque interdum ex uſu eſt, dilatari comprimiq; ſi extrinſecus oſibus ſepiatur. Si autem hoc uerum eſt, neque mulieres coſcere poſſent: deinde neque ad fatuitatē ſemel comedere homini licet, uerum aliud aegre confectione, quemadmodū & respiracione. Sed haec quidem perpetuo hominem indigere, nihil eſt abſurdum: quippe qui in aere ueratur, ac uiuit. Si uero eleuentur poculentiſq; ſimiliter egeremus, uitam duceremus admodum à philoſophia & muſis alienam: obiſſi per perpetuo dedit, operam optimis pulcherri misq; rebus nunquam nauaremus. Rurſus, ſi oſca mole tantæ eſt, quām mulieres ultimis menſibus uero gerentes requirunt, quid hac mole eſt in epiptiū ſi excluſo ſectu, illa tam moſte extuberare: & interim nulla re alia qua ex uſu humanae fabrice eſſet impleta non conſideret, ut in ſtina & uenticulum debet amplexaretur, & penicilli modo, uel calefaciendi cauſa, proximē illis applicaretur. Verū hæc in quinto libro exequemur ſuſius, & ostendemus pateriter, in uenitri fabrica tantam Naturæ uifile loberit, ut uenitri organa neq; dilatatione neq; comprehensione uicifim entia, aut alijs ſubiecerit partibus, aut etiam non minus quām pulmonem munierit. Iecur nanque & lien coſtis ſepiuntur, & renes quoque totalijs organis ob hoc potissimum ad dorſum ſuccumbunt, quōd horum nullum dilatari debeat, reliqua autem uenitri organa inſigni qua diximus prouidentia, oſeo contextu ſuis functionibus haud quam præpediri Natura uoluit. Quum itaque neque respiratio, neque vox abſque thorace ſe riſpoſit, ac deinde thorace primū quidem cor, in ſuperiori cum ipſo pulmo, muniri debeat, ad quatuor uelut ſcopos rerum Opificem in thoraci fabrica attendere oportuit, uocem nimium, respiracionem, cordis & pulmonis magnitudinem. Thorax enim, qui quodammodo ovali conſtat figura, tam amplius eſt, quantum pulmonis molem eſſe oportuit. At pulmo inter thoracis lequitor formam, non autem thorax pulmonis. In pulmonis enim hiſtoria, medici negocio ostendam, ipsum nulla peculiari equiſſe forma, ut neque iecur, neque lienem, neque quodammodo cerebrum. Porro iam tempeſtivū eſt, thoracis oſſa feriatim deſcribere, & cum uertebras eiusdem prius enarrauerimus, à coſtis ſermonē auſpicari. Coſtæ igitur uiris & mulieribus ab utroq; latere duodenū conſtitūt numero: rarius enim undene tantum uiden- tur, quamvis interdum etiam tredecim obſeruauimus: quemadmodū tredecim quoque thoracis uertebras ſepiū quām undecim tantum occurſere, ſuprā retulimus. Singulis enim thoracis uertebris, ſingula in ambobus lateribus coſtas articulanſur. Quōd autem uiros coſta quapiam in altero latere defiuitos, ac uiros unius coſte numero a muliere ſuperari, uulgus opinatur, ridiculum planè eſt: etiam ſi Euam ex Adæ coſta à Deo procreata, Moyſes in lecun- do Genesios Capite prodiuerit. Quamvis enim forſitan Adæ oſſa, ſi quis ea in ſeclon compigſet, ex altero latere una caruſſent coſta: non ob id tamen omnibus quoq; uiris unam defi- cere neceſſe eſt. Aristoteles homini octo coſtas tantum tribuit, conſelvurus etiam quodam gen- tis Tardulorum ſepenſis coſtis creari, ſi modò id alius idonei autoris testimonio ipſi conſtitueret. Verū ut hic Aristoteles aliorum duntaxat ſuffragiſſium dogma firmaret, ita quo- que non diſſimile uero eſt, illuc octo coſtas homini ex aliorum relatu eundem aſcripsiſſe, hacq;

*Cur abdomen  
non tam ſit  
ſiffum.*

*Quod perciſſi  
nisi Natura  
thoracem con-  
datur atten-  
derit.*

*Cofſarum nu-  
merus.*

*Viris ac mu-  
larius idem  
coſtarum nu-  
merus.*

*Lid. H. B.  
antomedium  
Cap. 3.*

ratione rem non usum parvum recte nobis tradidisse. Quod si toties in hominis fabrica ipsum fascile nobis occurrit, quid de reliqua animalium historia confendimus? Quanquam interim dum memoratum iam Aristotelis locum aliquando Pataui in scholis enarrarem, à summa (propter singulararem literarum ac loris ciuilis cognitionem) spei adolescentibus

*Corporum in Litteris, sive  
memoriam.*

JACOBUS NIGRO & FRANCISCO PINELLO patricijs Genuenibus accepti, generolissimos Ligures in veterum monumentis inscriptis, fusiles appellatos, quum tamen is populus ut est nauali terrestri pugna strenuus, optima quoq; membrorum symmetria ac numerus sit spectabilissimus. Sunt itaq; plurimum utrum duodecim costae: ac septem superiores per ectoris ossa & vertebrales, ut postea dicimus articulatur; quinque autem humiliores solis alligantur vertebrales, neq; ad peectoris ossa pertingunt, sed in thoracis lateribus definites, suarum cartilaginum finibus<sup>6</sup> inueniuntur, cōmunitantur, duodecima duntur excepta, quae ab undecima penitus debilitate, neq; aliqua ex parte ipsam contingit, id quod & undecima non raro sibi unius, decima cartilagine tunc non attinet. Quinq; istae humiliores, quod peectoris ossa non articulatur, vides, quasi dicas spuria & illegitima, Graecis appellatur. Omnibus costis commune est, quod offea<sup>7</sup> cartilagine scilicet substantia, quod dicitur<sup>8</sup> appendice ea fide quia vertebraum corporibus concavatur, & qua in capitula ea protuberare audies, donetur. Offea costarum substantia non omni ex parte sibi similes est, Vbi enim costae vertebrales coarticulatur, ac ubi dorsum efformant, solidiores multo duriores sunt, quam in thoracis lateribus & iuxta peectoris regionem, ubi magis fungula excurvatur substantia, quae tenui squama, seu lamina obducitur, atque hæc illic demum tenuissima est, ubi in cartilagine degenerat. Cartilago etiam non parem unde ostendit speciem, inferiorum enim costarum cartilago mollior est: unde etiam foras nonnulli illegitimas costas xerolegum, quasi cartilagine dicatis, uocari tradunt. Superiorum vero costarum cartilago durior est, solidior, ac in senibus intus offea efficitur, quemadmodum in oibus & bobus, alijsq; ferre omnibus eius generis animalibus experimur, quoru; cartilago intus frivalit albo & ac fragili constat offea, exterius cartilagine ueluti membra quapiab; obvoluta. Atque id etiam in simiis canibus adeo est manifestu, ut Galenus uerarum costarum cartilagini offeas, spuriarum uero exquisitas cartilagini esse dixerit. In hominibus autem nisi ex parte admodum prouectis, cartilago in offeas naturam dehinc uideatur, quum interim in iunioribus adhuc canibus, & que iam proxime recensuimus animalibus offea admodum efficiatur. Huius cartilagini moles in omnibus costis non eadem est, ut etiam omnium costarum non par est longitudo, pri ma namq; & duodecima breuissime sunt, mox secunda & undecima, quae omnes breuibus dominantur cartilaginebus. Sexta uero, septima & octaua, longissime sunt, ac longissimas etiam obtinent cartilagini. Prima costis cartilago amplissima est, quemadmodum & prima costa ceteras quoq; amplitudine superat, mox hanc secunda, & deinde tertia subsequitur, duodecima uero & undecima omnium sunt tenuissima, in tenuissimas quoq; terminantur cartilagini. Mediae autem medio se habent modo, quarum cartilagini subinde in progressu ab offea costae substantia latiores efficiuntur. Quum enim cartilagini sex superiorum costarum interualla efforment, tota ductu ab inuicem aquæ distent, sexta, septima, octaua & nona interdum costarum cartilagini varie in progressu latefcunt, inuicemq; continuante interualla ipsarum suam substantia implant. Ad haec quinq; spuriarum costarum cartilagini in acutum mucroneu desinunt. Verarum autem costarum cartilagini non item. Prima enim coste cartilago, suo fine qui peectoris ossi validè conseruit, amplior fit, quam quia primum ab offea costae substantia educitur. Secunda ac tertia triumq; subsequentium costarum cartilagini modice in progressu arcatur, & singula in tuberculū finiunt, quo postea has peectoris ossi coarticulari docebimus. Costis non omni ex parte eadem adeo levitas, interna enim fide, qua membranæ ipsas succingentem spectant, omnes levæ minimèq; asperæ apparent, tertia tamen, & que illam ad decimam usq; subsequuntur, in interna ipsarum fede ueris humiliora sinus ostendunt, ipsi secundum carum longitudinem excipiunt, non quidem per uniuersam costæ longitudinem conspicuū, sed maxime ea fide quia primum à uertebris abscedunt, atque in thoracis latera ferri incipiunt. Sinus iste paratur uenæ caue<sup>9</sup> rano, quem uena cōiuge carens exporrigit, deinde etiam hæc uehit arterie magnæ loboles, & neruus à dorsali medulla pronatus. Vrum quia hæc uafa in medijs costis grandia sunt, ut pari semper feruntur ferie, in tribus aut superioribus minima & errabunda ducuntur, nō mirum est mediae costas his finibus ornari, superiores uero non item. Porro tres costæ humiliores, etiā magna illis attenduntur uafa, quum tamen tenues & interna fide depresso cernantur, etiā citra huiusmodi finiu operam illis uafis tutum iter praebent. His finis uafis deducendis celatus, inferiorē coste partem acuitem tenuiorem efficit, quam sit superior, quae obtusior magisq; (ut sic dicam) teres cernitur. Externa costarum fides, quae gibba est,

*Costarum substan-*  
*tia & ap-*  
*pendix.*

*Offea costarum*  
*substan-*  
*tia.*

*Cartilagine-*  
*substan-*  
*tia.*

*Litis de Ad-*  
*missione fidei ex*  
*parte in lib.*  
*de Off. C.*

*Costis omni-*  
*tus non per-*  
*pendu-*  
*lum.*

*Non per am-*  
*plicatio-*  
*nem.*

*Costarum Le-*  
*was & offe-*  
*rii.*

*Costarum fe-*  
*nus.*

g; fig. F.  
h; fig. H.  
i; fig. G.  
j; fig. ab d  
per f ad E.  
k; eadem fi.  
l; ab E.  
aut t figur.  
A.B.  
m; e figur.  
L.M.  
n; s figur.  
fractum o-  
ficiendum co-  
sternum ad o.

h; fig. I.  
o; fig. F.  
p; fig. C.

q; fig. D.  
dein j; E.

s; fig. 6 cap.  
lib; 1; G.G.  
t; fig. cap. II  
lib; 3; h.h.  
u; s; fig. cap.  
ii; libri +  
principi  
rami costæ  
rum dolia  
frumenta.

est, non omni ex parte levius occurrit, ea enim<sup>1</sup> parte qua coste uertebris alligatur, præterquam  
 quod tubercula & capitula efformant, quibus uertebrarū in articulatur finibus, etiam alpera  
 inæqualē se ferunt, quo aptius hinc ligamenta educantur costas uertebrarū corporibus  
 & transuersi earundem processibus colligantia. Præterea in hac externa costarum fede, ubi  
 primum à transuersi uertebrarum abscedunt processibus, tuberculum quoddam alperum  
 inæqualē uisitatur, tendinibus<sup>2</sup> undecimi dorsum mouentis musculi excipiēdis paratum. Ten-  
 dines enim huius partim in apices transuersorum processuum, & partim in hac costarū tubercu-  
 la inseruntur. Deinde, quā coste adhuc magis à transuersi uertebrarū abscedunt processibus,  
 in hac posteriori externaq; ipsarum fede,<sup>3</sup> alpera inæqualē sunt, ac etiā ueluti tuber quo-  
 dam modice prominenti donantur, ut in illas apta insertionis fedes eius musculi efficeretur, quem  
 in homine thoracem mouentis quartum, in finibus uero & canibus lectū numerabimus. Dein  
 haec alperitas nō duxata illius musculi infectione idonea est, immo etiam<sup>4</sup> externi intercostales  
 musculi hinc enasci docebuntur, qui hac iuxta uertebras regione non solum ab inferiori fede  
 superioris costae in humilioris coste elatiōē enascuntur partem, uerū etiā ab externa unius  
 costae fede ad externam alterius hīc extorrigitur. Reliqua autem regione costae laues aequalē  
 sunt, nisi forte quispiam eas modice alperas in superiore & inferiori fede esse contendere,  
 à qua intercostalium musculorū pendet origo, in quamq; corundem etiam inflexio perficitur.  
 Prima costa superiori fede, qua latissima est, priuatum aspera inæqualē cernitur, ut musculus  
 dorsum mouentum quartus hinc principium opportune sumat. Costis omnibus non par-  
 ad uertebras obigit articulatio, nouem enim superiores<sup>5</sup> duplice coarctant articulo, undeci  
 ma autem & duodecima simplici, quemadmodum & decima quoque rarissime duobus articu-  
 lis sue committunt uertebræ: utcumq; etiam secus Galeno uisum fuerit, qui singulas costas du-  
 plici articulo uertebris coarctari docuit. Ceterū coste duobus nodis articulatae<sup>6</sup> duo exigunt  
 tubercula, unum quidem, quo<sup>7</sup> finu uertebrarum corporibus inciso inarticulantur: alterum  
 autem, quo<sup>8</sup> interna fede apicis transuersi processus firmantur. Atque haec tubercula finibus  
 illis respondent, quos uertebris, quum carum recenserentur confractio, incutptos retulimus.  
 Prima igitur costa rotundo tuberculo primā thoracis uertebræ corpori inarticulatur, ac de-  
 inde transuersum eiudē uertebræ procellum tantisper alcedit, quoūq; ipsius apicē alio capitulo  
 tuberculō ut articuletur. Secunda uero costa & septem subsequentes communī fēmer duas  
 rum uertebrarum corporum finū nō rotundo, sed in star obtusi anguli protuberante capitulo  
 inarticulantur: transuersi autem processibus parī modo cum prima coarctantur costa, quan-  
 quam & hīc quædā in articulis, propter finus non eadem fede in transuersi processibus excul-  
 ptos differenția cōfurgat. Superiorum enim uertebrarū transuersi processus, suos finus in hu-  
 miliori parte interna illarum fedis gerunt, inferiorum autem (ut supra etiam cōtra Ga-  
 leni subfragium admouimus) in superiori parte, mediariū uero uertebrarum finus medio se  
 habent modo. Ceterū quod costarū articulatio, que ad uertebras corpus efficitur, tanto elati-  
 or sit illa, quam costa ad transuersos processus moluntur, quanto apex transuersi processus  
 demissior est, finu uertebræ corpori exculpto, uel me tacent notum esse arbitror. Porro triū  
 inferiorum costarum articulatio, quæ ad uertebrarū duxatas corpus perficitur, finibus quoq;  
 non admodum altè cauitas, neq; ualde protuberantibus<sup>9</sup> capitulis perficitur. Atq; haec ratione  
 costae uertebris committuntur, quam autem articuli speciem cum pectoris os moluntur, &  
 quo ductū à uertebris antropi contendunt, tunc primum opportunē explicabimus, quum  
 pectoris ossis constructionē sermoni addiderimus: quix profectio enarratu esset facilis, si huma-  
 num os, simiarum & canum & uirilorum, eiusq; generis animalium ossis responderet. In his  
 nanque animalibus (ut etiam inter edendum uidere est) pectoris os septem cōstat ossibus, non  
 admodum inter se forma differētibus. In canibus enim, porcis, & oib; in uiuē cōuenient:  
 in finibus uero, & scuriis, proper clavicularū articulationem, primum suprēmūq; os aliquan-  
 tulō ceteris amplius uidetur. Septem haec ossa latiora, quam profundiora crassiōra esse sunt, &  
 qua inuicem committunt latiora nonnihil, quam in ipsorum medio existunt. Horum conne-  
 xus cartilaginis interuentu interclū tam laxē perficitur, ut à uertebrarū<sup>10</sup> compage modice  
 differat: et tamen is cōnexus ad symphysis seu unionem ita referendus, ut appendicū cum  
 suis ossibus connexus, nisi quod hunc connexum etiam in admodum decrepitis bobus est cer-  
 nere. Vnde etiam Galenus in libro de Ossibus miror, qui pectoris ossa synarthrosi scripferit  
 committi, quum tamen neque harmonia neque futura, multoq; adhuc minus gomphosi com-  
 ponantur, quas compositionis species Galenus in eius libri initio sub synarthrosi cōlectitur.  
 In harum commissurarum lateribus finus utrinque exculpitur, cui cartilaginis in quam costae  
 degenerant, tuberculum aliquod inarticulatur. Ad primi enim ossis cum secundo contextum,

H 4 secun-

*Costarum aet  
bernum tuber,  
colum.*
*Costarum ad  
vertebras ar-  
ticulatio.*
*Tunc alios se  
pissimum ex  
me & de Adou-  
stis, fcl.*
*Quod trupeda  
pectoris ossis  
descriptio.*

secunda utriusque lateris costae cartilago articulatur. Ad secundum ossis cum tertio commissuram tertiae utriusque lateris costae cartilago ipsius serierum ossium commissuris coarcatur. Verum primi ossis lateribus prime costae cartilago adarticulatur, aut portius adnascitur. Hæc enim commissura ad coartatum portius, quam ad articulationem spectat. Septimum autem os, quod reliquias gracilium, magisq; teres est, in cartilagineum exacutus, ipso ossi latiori, ensisq; mucroni quam similiam ac huiusmodi fane pectoris ossis in canibus & simijs est ratio, quam Galenum spectasse annes, quum ipsius de pectoris osse historiam, his quæ modo prælibauimus, conculeris. Verum si humanum pectoris os (quod ut generatin dicam amplum, licet si cum aliorum animalium ossibus cœferatur longè brevissimum est) intuitus fueris, multò aliter id habere animaduertes. Nunquam enim quod certò affirmare possum, in humano pectoris osse mihi septena occurrunt ossa, neget etiam hæc in homine eodem semper numero cernuntur. In multis tria ferè conspicuntur, prorsus inter levaria, ac primum quidem insigniter amplexum est, & nonnullum etiam crassum: ita tamen, ut ipsius crassitas ab amplitudine plurimū uincatur. Os id<sup>7</sup> interna seu posteriori sede, qua thoraci respicit amplitudinem, modice cauum est: in anteriori autem gibbum, & in medio secundum ipsum longitudinem longe crassius, quam in lateribus, uidetur enim in anterioris sedis<sup>8</sup> lateribus deprellum, atque ut aptè primæ costæ cartilaginis crassitatis responderet, extenuatum. In medio autem, roboris gratia<sup>9</sup> trianguli modo protuberans. Superior etiam ossis pars multo crassior amplior est, & inferiore, & utrinque uno<sup>10</sup> sinu longo ac uersus posteriora inciso, & cartilagineum in crastato donatur, cui clavis uicula<sup>11</sup> caput inarticulatur. In horum sinuum medio propter exuberantia illorum interiora latera, primum hoc os in superiori haec sede<sup>12</sup> lunatum cernitur, & uelutifouame ostendit, quam operari, & iugulum propriæ uocamus, usq; autem fureculam superiorem. Inferior ossis pars utcumq; aspera est, & secundo, quod iam delcribam, ossi cartilaginei ligamenti interuentu adeo laxè committitur, ut nunquam horum ossium lateat connexus, inò & ipsius quoque motus in magnis respirationibus interdum animaduertitur.<sup>13</sup> Secundum os multo amplius est, quam crassum, superiori sede qua primo connectit ossi, striccius est, quam prope inferiorem. At nullibi interim aquæ amplius cernitur, atque primi ossis elatior sedes. Quæ secundum hoc os primo committitur, in utroque connexus latere<sup>14</sup> sinus instar obtusæ anguli insculpit, ambobus ossibus communis, & cartilagineum in crastatus, cui secundum costæ cartilago instar obtusæ trianguli uerticis protuberans inarticulatur. Præter hunc sinum, præfens os utrinque<sup>15</sup> alios multos exigit pari modo, instar obtusioris anguli insinuat: uerum hi paribus interuersis ab inuicem nequam distant. Primum enim in altero lateri huic ossi proprius sinus, qui tertiae costæ cartilaginei paratur, à sinu secundæ costæ gratia inciso longius distat, quam secundus huius ossis peculiaris sinus, quartæ costæ gratia cælatus. Rursus, plus interuersi constitit inter secundum sinum & tertium, quā inter tertium & quartum, adeo ut sinus sextæ & septimæ costarum nomine in hoc sculpti, se intuicem contingant, uixq; mutuò remoucantur, & non tam alie, atque superiores, excaventur. Suficit enim hoc secundum os priuatum teriæ, quæ, quinta, sextæ & septimæ costarum cartilagineis, secundæ costæ cartilaginis<sup>16</sup> modo protuberantes. Secundum hoc os in pueris plurimis efformatur uidetur ossibus inuicem symphysis<sup>17</sup> si seu unione cartilaginis interuentu contextis. Verum is cōtextus neutiquam canis aut simiæ ossium compagi uenit conferendum, quū loggè magis lateat, inferioraq; ossa multò breviora superioribus cernantur. Et in cemiterijs secundū os integrum, & à prima disiunctio serè semper effoditur, quemadmodum uertebræ mutuò dirempere eximuntur, etiæ fortuio in secundo osse aliquam compaginis pœciliem, ac si ex pluribus id constaret, obseruabis, ea potissimum apparebit, ubi tertiae costæ cartilago ossi articulatur, & deinceps ubi quartarum costarum cartilagiñes pectoris ossi iniuincuntur.<sup>18</sup> Tertiū uero os exiguum est, & inferioris secundi ossis sedi interna parte eadem ratione committitur, qua primū secundo iungi relatum est, illiçq; secundo ossi necit, qua leptimuram costarum cartilagineis in simiæ secundi ossi sedi articulatur. Hoc os modicè amplius est, ac tenue, humilioriç fede in mucronatum cartilagineum degenerat. Verum id non infrequentiter deesse reperi, & mucronatum cartilagineum inde enafci conspicies, ubi septimatum costarum cartilagineis mutuo coēunt, secundo pectoris ossis ossi articulanatur. Iam si tria pectoris ossa simul iuxteris, manubrij alicuius gladij imaginem conspicies, primi anque ossis superior pars, que lata admodum est, illi manubrij parti respondebit, quæ sub paruo dito in apprehensione constitit. Secundū autem os, illi parti congruit, quam manus sub tota intus complectitur, in qua sinus costarum cartilagineibus parati inflar foucarum erunt, quibus digiti firmari possent, atque huiusmodi foueæ cum præstarent usum, quem in gladijs ex manubrij asperitate querimus: quoties intortis nodosisq; funiculis, aut scabra pœciliis cutæ,

*Humani pectoris ossis de figuris.*

k tota 6,7  
figur.

l sp. 2,6  
id. 6 autem

c 7 sp. 2  
ad.

m 7 o.

n 6 fin. a.

o 6,7 sp.

p 6,7 sp. 1.

q 6,7 sp. 2.

r 6,7 figu.

s 6,7 figu.

t 6,7 sp. 2.

u 6,7 fig. sp.

v 6,7 fig. 2.

w 6,7 fig. 4.

x 6,7 fig. 5.

y 6,7 fig. 6.

z 6,7 fig. 7.

a 6 fig. sp.

b 6,7 fig. 8.

c 6,7 fig. D.

d 6,7 fig. 2.

e 6,7 fig. 3.

f 6,7 fig. 4.

g 6,7 fig. 5.

h 6,7 fig. 6.

i 6,7 fig. 7.

j 6,7 fig. 8.

k 6,7 fig. 9.

l 6,7 fig. 10.

m 6,7 fig. 11.

*Pectoris ossis ad sensum comparationis.*

manubrium obducti curamus. Tertium os una cum cartilagine, reliqua gladii parti posset a  
similari. adeo, ut nonnulli uniuersi hanc ossium struem *fusco* ab ensis imagine uocant.  
alijs, qui canes potius ac simias quam homines spectarunt, mucronatum cartilaginem denta-  
xat illo nomine dignantur: quod hoc scilicet gladii mucronis forma accedit, ipsius canum  
pectoris os ensis imaginis non ita apte ac humuman os conferri queat. Haec imaginum collatio  
attestatur, veteribus illis hominum cadavera, Galenus autem simiarum dislectioni fusco adhi-  
bita, cui sententia Celsi quoque oratio, qua illi os pectoris utrinque lunatum esse scripsit,  
suffragatur, id enim de simijs & canibus falso protulisset, quum tale quid in illis nihil appa-  
reat, quippe in homine primum pectoris os superius, & secundum inferius, multo latiora sunt,  
quam ubi haec inuicem committuntur. Pectoris ossis substantia admodum fungula mol-  
lis est, & anteriori sede magis continua squama quam posteriori obducitur. Posterior enim  
sedis squama multis inaequalibus est donatur foraminibus, quae haud peruvia sunt, sed uasis so-  
lum uiam prebent, quibus id os enutritur. Atque haec foramina in primo osse tanto magis  
sunt conspicua, quanto huius ossis crassitudo secundi ossis crassitudine superat. Quod itaque pe-  
ctoris os, illis costis que orbiculatum thoracis amplitudinem efformant, stabilicendi procrea-  
tum sit, neminem latere arbitror: quemadmodum neque, quod propugnaculi etiam uicem  
secundari gerit, eosq; uisu homini praest, quos generatum thoracis os praebere in huius  
Capitis initio retulimus. Cartilago, in quam pectoris os exauertitur, subditorum quoque est pro-  
pugnaculum, & malum granatum uulgo appellatur, quod (ut arbitror) unius balauitij apicis  
imaginis illa accedit. A qua etiam forma, uulgo ipsam epiglottalem appetat cartilaginem, ab  
imagine uidelicet laryngis operculi, pectoris ossis cartilagini specie non admodum absimili.  
Verum huiusmodi nominum copiam ad praesentis libri calcem una cum ceterorum ossium  
nominiis subiectiemus. Modo autem nihil addendum superest, nisi forte costarum ductus  
in costarum ossibus longe quam in cartilaginis diuerterit. Costarum enim ossa, quum pri-  
mum a uertebris abscedunt, in posteriore deorsum obliquantur, & hinc ad thoracis latera  
deorsum tempore oblique uersus anteriora declinant, quoque in cartilaginem desinunt obli-  
qui. quae ac circumlatum sursum in anteriora porrectam, adeo ut coste ubi cartilaginem primum edu-  
cunt, arcuatim, & in angulum quadammodo sursum fleuantur. Itse costarum ductus non in  
illis solum que pectoris ossi committuntur, evidens est: uerum & in reliquis omnibus, si forte  
duodecim excepis, cuius cartilago admodum obscurè sursum spectat, quanquā interim  
hic inflexus potissimum in mediis, quinta nimis, sexta, septima, octaua & nona uisitatur, in su-  
perioribus uero ac inferioribus magis later.

Pectoris os  
istrum late-  
sum.

Pectoris os  
istrum subfusca.

Pectoris ossis  
uulgo.

Mucronatae  
cartilagini  
uulgo.

Costarum du-  
ctus.

I secundum  
A. Apg. 2.  
lib. 6.

m. 12, 13  
cap. 12.  
fig. 44

fig. 45.  
fig. 46.  
fig. 47.  
fig. 48.  
fig. 49.  
fig. 50.  
fig. 51.

## DE CARTILAGINEA QVAE COR- di basi ascribitur substantia, seu cordis osse. Caput XX.

HAE C figurae magna arteriae & arterialis uene radice perfunctorie exprimit, ab omnib; connatis corporibus partibus, ue diuisas, & duobus circuitis simillimas. Ac & quidem arterie magna radicem non eat, & arterialis uene radicem. C autem con-  
nexu indicat, quo uasa inuicem in ipso exortu connascuntur. Itse  
connexus, qui potissimum cartilagineus est, non ex hac rudi figura pe-  
tendit, uerum cum ex alijs sexi libri figuris, tum maximè ex octaua & decima, quas non ob-  
seruit obiter cum suorum characterum indicibus modo perlusare. Parum  
autem opportune facerem, si eisdem tabulas uarijs in locis  
frequenter proponerem.



d. i. f. l.  
e. f. b. c.  
b. g. l.  
e. f. b. c.  
g. quibus  
characte-  
brus no-  
tatur.

E FORSIT AN praeſenti libro, os aliquod prætermisſe uideamur, hoc lo co etiam osse cordis substantia mentionem faciendam duximus. Galenus namque ab elephanti corde, à quopiam suorum familiarium os eximie magnitudinis excutum prodidit: & grandium quidem animalium cordibus os, minorum uero cartilaginem atribuit. Ego autem hactenus, ut in nullo corde, ita negue in humano exquisitum os reperi, calpe lede, qua Galenus cordis os constituit, substantia obseruo cartilaginem, que mea quidem sententia nihil est aliud, quam magna arterie & uene arterialis radices à corde tericium

L. de A. d.  
minib; scd. 8.


F. uentri cor-  
uero osse de-  
ritus.

Cartilaginea  
cordis substan-  
tia.

terierum ē duobus illis usis in cor refluxui præficiuntur, multò duriores sunt, quām reliqua illorum usorum substatia, adeo ut radices cartilaginis natura participare nonnihil uideantur, que in bobus ita interdū indurescit, ut quadrupedū costarum cartilaginiē in album & friabile os extrinsecus cartilagine tanquam membrana obducunt degenerare, prius scriptum est. Hę itaque usorum radices perinde ad se mutuō sunt conterminae, ac sī duos circulos in puncto inuicem committeres continuaresq; ita ut dexter circulus uenae arterialis efferradix, finister ue  
rō (qui amplior est) magna arteria. Vbi autem circuiti mutuo committerentur, is locus cleft, quo haec uasa suis orbibus simul connascuntur, uniuerturq; ac ubi optimā cartilaginis consistet, repporrio, quæ oblonga & ueluti teres est: tota nimis fide qua illae radices inuicem cōmitetur, & reliquie interim circulorū portiones efficitur. Ac proinde per me licebit radices has, aut cordis cartilaginem, aut os uocare, modo accuratè ipsarū naturā quis intueatur, neq;  
una cum Galeni sc̄tatoribus ipsius lenſa admodum oſcitantē eruentibus tam stolidus sit, ut cordis os inſtar & aut v efformatum ſibi puerſeat. Qui enim poſt Galenū humani corporis hiſtoriam ſcribere aggreſiſunt, in cordis baſi os quoddam extreūum recenteſunt, quod la  
ryngis ſuperiori ſedi p̄p̄oſito, & ab v imagine ſuadit nuncupato, alſimilant. Neq; ſat ſuit illis hominibus ad hunc modum, os in humani cordis baſi confingere: quin in mō fermoni adie  
cere, cordis baſim, acq; ideo etiam uniuersum cor, ab ipſo nō fecus firmani quām lingua radix illo oſe quod laryngi p̄ponitur. Arbitrantur nanḡ cor eiūmodi oſe firmatū, mouerit non expendeſtes cor etiam ſi eiūmodi donaretur oſe, ipſo nō minus ſuſſulciri poſſe, quām ferreas palus leſtū in aere fuſtineret: quida is leſto alligatus, ſimil cum ipſo deſtrum ex alto proji  
ceretur. Quamuis interim quatuor cordis usorum ad conterminas fedes connexum nonnihil cor ſuſtineat, haud inſtanciari poſſumus. Ceterū huicmodi hominū figura mifla fa  
ciamus, & illorum quoq; oſcitantem negliganſ, qua in cordis (utipſi exſtimant) aſſectibus magno ſuperclio ſoſis cordis cerui, nefo quibus gemmis & auro mixtum, propinat: quum interim ceruo non aliud os, quām uitulo, aut cani, aut ſui inſit, cartilaginea nimis magna arteria & uena arterialis radices. Et oſculum illud quod ē ceruorum cordibus exemptum pharmacopolarum officiæ mihi hactenus ementientur ſunt, aliud nihil eſſe cenſeo, quām gran  
dius agnī hyoidis oſis oſculum, quod continuum eft, & ſimillimum: niſi quid dextrum crus etiam tranſuerſim in hunc modum x finistrum decuſſatim ſecet, & alterum crus altero breuius ſit: quod etiam ouina lingua, quoties menſe appetetur, luce clarius edocebit. Porro qua admīſtrandi ratione cartilaginea usorum radices inquirenda ſint, in ſexto libro, ubi cordis ſc̄tio pertractabitur, deſcribemus.

## DE SCAPVLIS. CAPVT XXI.

PRIMA FIGVRA VI SECVNDA. TERTIA.  
GESIMI PRIMI CAP.



TRIVM QVAE HIC PROPOVNNTVR FIGVRARVM ET  
earundem characterum Indicem, proxime sequens pagina exhibet.

PRI

**P R I M A** uiginti primi Capitis figura internam, seu anteriorem scapulae dexteræ sedem exprimit, que costis innititur.

Secunda, dextra scapula exteram posteriorem ue sedem ostendit.

Tertia, scapulam dextram lateris in latus decipit am continet, ut sinus gibbae extortorisque scapulae sedis proponeret, qui inter elatiorem scapulae costam, et scapulae spinam consistit. Verum id iam ex characteribus indicibus reddetur explicatiu.

In prima figura Z, X & Y scapula ostendunt basim. Est enim scapula quodammodo triangularis. Z uero, & A, & S, superiore scapulae notant costam. Y autem, & B, costam scapulae inferiorem: adeo ut Z superior sit basis angulus, Y inferior angulus: A & B tertius scapulae angulus, quem scapulae superior et inferior costae consistunt. Atque hoc obiter isti notant characteres: singulis autem scorpiis aliud cum ceteris in hunc modum insignitatur.

A, B 1, 2 Scapula sinus, cui humeri caput articulatur. In secunda figura B notatur inferior sinus sedes, que quodammodo orbicularis est. A, superior sedes magis stricta, contractaque in prima figura A indicat protuberantem sinus seu cervicis scapulae partem, a qua duo huic articuli pecularia ligamenta, unde cum excerto capite musculi cubiti stellentium anterioris pronascitur.

C, D 1, 2 Cervix seu collum scapulae. Verum C etiam insignitur radix interioris scapulae processus, qui E, f & F insignitur. Deinde C in prima figura sinus quendam indicat, sub interiori scapulae processu conspicuum.

E, f & F in prima figura, & E & F in secunda, interiorem insinuant processum scapulae, in quo F protuberantem notat partem, cui clavicularia alligatur, & penè innititur. E uero, processus huius appendicem. f autem, aperam communis partem, à qua ligamentum pronascitur, hinc in summum humerum (qui K indicabitur) pertinet.

G, H 2 Radix spinae scapulae, seu ipsa scapula spina, que in homine summum producit humerum, quem K in prima & secunda & tertia notat, et L etiam in prima ac tertia. Est itaque G & H spina extorris longitudine. Quod uero ab H ad K fertur summus est humerus. Vbi enim H cernitur, illuc spinam scapulae dorso abscedere dicimus. Verum K priuatin notatur summum humeri appendix.

L 1, 3 Sinus summi humeri admodum leuiter cælatus, & admittende clavicule paratus.

I, 1, 3 Scapula spina pars crassior, interdum appendicea decora. Ad G enim, & I, & H spina scapulae est crassior, quam alibi. A uero per I ad K apera pars notatur spinae, & summa humeri. Quod autem in secunda inter I & H consistit, & in prima inter L & a, leue est, & minime aperum.

M, M &c. 1 Inflexar obliquarum linearum tubercula sinus perinde constituentia, ac si illi à costarum concrexis scapulae cauæ essent impressæ.

N, O, 1 Sedes in interna scapulae regione magis cauæ, que secunda figura literis G & H respondet.

P 1 Protuberans crassioris inferioris costæ pars, que in internam scapulae sedem prominet.

P 2 Hac sede inferior scapulae costæ latus ue efficiunt acutius, idque magis promince, ut tertius brachium mouentum musculus hinc promptius exoritur.

Q 1 Scapula inferioris costæ apera sinus, unde interior cubitum extendentium pronascitur musculus. R incuria clavis est.

S 2 Adj scapulae externam sedem protuberans inferioris costæ pars.

T 2 Impressio & amplitudo inferioris costæ, unde tertius brachium mouentum musculus nascitur.

V, V 2 Hic externa scapulae sedes propter crassitudinem inferioris costæ insigniter caua cernitur. Quod enim inter V & V, & G & H consistit, tenuissimum maximeque subtile & solidum est.

X 1, 2, 3 Appendix basis scapulae, ad principium ipsius spinae coalta.

Y 1, 2, 3 Appendix inferioris anguli basis scapulae.

Φ<sup>1</sup> Superioris anguli sedes, in internam scapulae regionem modice protuberans.

Z, 1, 2, 3 Z superiore basis angulum ante a notavit.

a 1, 2 Semicirculare foramen, seu sinus, in superiore costæ scapulae conspicuum.

b, c, 3 Sedes in externa scapulae regione inter spinam & elatiorem scapulae costam consistens. Verum b priuatin scapulae sede hic notat tenuissimam, maximeque subtilem: et quodammodo pellucida. c aut foraminulū indicat hic frequenter apparet, et uenule inibi scapulam nutritur et uta præbens.

Q V A R.

QVARTA VIGESIMI PRIMI  
CAPITIS FIG VRA.Scapularum  
fusus et nexus.Scapula u.  
fus.Scapula for  
ma triangula  
ris.Basis sca  
pulae.

**P R A E S E N T I** figura externam seu posteriorem canis scapula sedem in hoc delineavimus, ut prompte expendatur hominis scapula ad canis, aut ovis differentia, quam in summo humero, aut superiori scapula processu notabimus. Significet igitur **A** & **B** scapula gibbum, seu dorsum, ac **C** quidem ipsius inferiorem sedem, **B** autem superioriem, **D** animalis collo capitiue propiorem. **C** & **D** spinam scapulae notent, super scapula ceruicem non excedentem. **E** scapula ceruicem.

a triun in  
tegrarū R.

b 9 musc.  
tab. d.  
c 12 musc.  
tab. G.

d 10 tab. r.  
e 5 tab. r.  
f 7 tab. L.  
g 5 tab. R.

S.

b integrat  
rum Q. ad  
z.

i integrat  
fi.

S ad R.

h. i. 2. figur.  
C.D.  
l. i. 2. figur.  
A. B.

**C A P U L A E** utrinque singula posterior thoracis regioni uersus superiores innintuntur, ac occipitis ossi, cerucis, thoracisq; uestebribus, costis, & ossi v literam referenti, musculorum duntaxat interuenient copulatur. **O**c cipitis quidem ossi beneficio secundi scapulam mouentium musculi, qui etiam hanc multarum uestebribus spinis committit: ut & tertius scapulae motuum illam, qui ceruicis uestebribus illam necit. Quartus vero scapulam mouentium, illam aliquot thoracis & ceruicis uestebribus spinis firmat. Costis scapulam committunt primus illam mouentium musculus, & thoracem mouentum secundus. Ossi vero & referenti septimi eius ossis peculiarium musculorum ope scapula copulatur. In hominibus, simnis, ac leonis, & si que alia clauiculis donatur, ex abundanti ligamentorum auxilio, scapula claviculis coarticulatur, claviculaq; contermina est. In omnibus vero animalibus brachii os seu humerus ipsis articulatur, ac proinde si hominem caput definitum fixeris, nulla ratione humeri articulum sermone constituitis. Ad eius nanque articuli constructionem necessarium est, humeri caput aliquius ossis sinum subire, atque ut moeat, in aliquo oscile veluti in bafi quamvis firmari. Porro huiusmodi sinus occasione, collum quoddam seu ceruicis scapulae protuberat, in cuius extremitate sinus tam alie lateq; excupitur, quantum humeri articulo uarijs ad modumq; differentibus motibus mouendo ex usu est. Atque hic sanè primus precipiuusq; scapularum usus confert, cuius alius mox subflequitur, neque ipse quidem penitus, thoracis uidelicet partium costis interclarum communio atque custodia. Anteriores enim thoracis partes tuemur, multo ante prouidentes que occursum levigant, & anticipantes vel transfilare, ut id quod ingruit declinemus, aut obsecere pectori momentum aliquod, aut manus quippiam quo defendamus afflumere. Quinimodo plerunque & solis manibus ante pericitur, latius esse rati has vulnerari, rumpi, cōteri, abscondi, quam quod lacrurum sit, ad pectus pertingere coedamus. Thorax enim respirationis et organum, quemadmodum & ab illo complexus pulmo: cor autem insiti caloris fomes, irascibilisq; animae fides confert, propugnaculus ob id etiam egenus ualidioribus. Porro quum posteriori thoracis sedi, & anteriori aequali ab occursanis ut periculum impendeat, corum uero que obesse possunt praecognitio, in anteriori & posteriori regione nequaquam par sit, non praesentibus nimis in posteriori regione oculis, oportui sanè & hic quoque Naturam artificium quodam machinari, posteriori thoracis sedem nequitum neglegere. Quocirca instans ualli & mirabilis propugnaculi uestebribus thoracis inibi compiegit, & scapulas tanquam duos clypeos & scuta, firmissimoq; muros obiecit, hinc rursus alium ultum homini a cœlestiū minime ignorans, quo complures museuli motuum brachij autores, sedēnt quia fulciantur, & à qua originem aptissime ducant, commodiq; adipiscuntur. Atque id profectio summum opus est iustitia, eodem osse ad tam uarios proflusq; necessarios usus abutit, & undeque ita scapulas efformare, ut priuatum ad singulos usus confiteat conferri queant. Scapula enim in aequali et admodum, omnique ex parte, fibi dissimilis, præter uarios enim ipsis processus, sinus, tubera, appendices, eiusq; generis reliqua, è quibus ossium differentias defumpsumus, scapula trianguli differens latibrus efformata imaginem quodammodo exprimit. Primum namque ipsius latibus, quod basim scapulae perpetuo uocabimus, ea scapula fedes est, quæ secundum dorsi longitudinem thoracis uestebribus spinis proxime exponitur, basis haec obliqua constat linea, quæ superius & inferius, uersus corporis latus oblique veluti in circuli conuexum inclinata, in medio autem crebro paululum lunata cauag; uisitatur. Interdum enim continuo ductu tota scapula

m t. z. fi.  
4 Z per X  
ad Y.

pule basi, hunc in modum C gibba est, deinde basi hæc tenuis admodum uisit, quamvis inferiori tamen parte & superiori modicè quām aliis crassior appareat, & inferioris partis crassities partis superioris crassitatem adhuc uincat. Huic basi plerunque<sup>9</sup> duas adnascentur appendices: una quidem, quæ grandior crassior & longior est, ac perpetuò appareat, ad basi<sup>q</sup> inferiorem constitutæ angulum insigniter obtusum, ac ueluti orbicularem: altera autem appendix aliquantulū sub superiori habetur angulo, illiq̄ basi sedi coalefecit, à qua scapula<sup>9</sup> spinam principium ducere audies. Præter has appendices etiam basi molliis quedam cartilago adnascitur, etius cartilaginū generis quo ossium extrema nulli commissa ossi, augeri solent. Verum in hominibus hæc cartilago longe breuior minorē est, quam in oibus & bobus, alijsq; animalibus, quorum scapulae thoracis potius incombunt lateribus, quam in hominē, posteriori thoraci sedi vertebris proxima. Atq; ita primum scapula latus basi uele habet, duo autē reliqua inter se uariantur. Inferius enim ab humiliori basi sedi admodum oblique sursum in anteriora ducitur: superior uero (quod tanto breius est inferiori, quanto inferior est ipsa basi breuissimus) nonnullis deorsum in exteriora fertur, quodammodo transuersum procedens. Duo hæc latera in angulum coeunt, & latiusculam scapula partem suis extremis finibus continent, in qua ceruix scapulae sinusq; conficiuntur, humeri caput excipiens: adeo ut hac fedes (si modo angelico loco censeris possit) tertius scapulae angulus futura sit, quandoquidem<sup>9</sup> primum angulum superiorem basi angulum numeramus, secundum uero humiliorē. Ceterum duo haec latera suis finibus tertium angulum constituta, non solum duictū & breuitate inter se discrepant, uerum etiam crassitatem. Inferius enim latus, quo altius est basi sursum condensit, eo crassius & insigniter spissum efficitur. Non aliter quam si Natura huius lateris beneficio, scapulae alioquin tenui & infirmæ magnū robur additum uoluissest, ac deinde secundario quibusdam musculis commidi exortus locum præparauisset. Præter id enim quod musculorū quorundam gratia (ut mox subiiciam) huius lateris crassitatem internam scapulae sedem<sup>9</sup> cauorem reddit, & in externa fede seu gibbo, ueluti<sup>9</sup> sinum efformat, ipsum quoq; in sua externa fede prope inferiori basi scapulae angulum compressionem obtinet, ac deorsum quadantes eductur: ut & musculus illinc principium sumeret, cuius ope brachium ueluti à pectori reflexum, retrorsum ducitur. Quinque interna huius lateris fede, iuxta ipsius elatiorem partem, qua id scapulae ceruicem terminat, etiam oblongus sinus aliquantulū asper inæqualisq; conficitur, musculo principium porrigena, quem à scapula enatum cubiti extensionis autorem in secundo libro afterremus: inibi perpetuò inferioris hoc scapulae latus, inferiorem costam ueterum more appellatur, qui superioris inferiusq; scapulae latera nō uocauerūt. Porro superior feda pulu latus tenui, minimeq; crassum est, ad cam usq; sedem quia scapulae ceruicis superior regio consistit, interiorq; scapulae processus exoritur, hac nanq; fede superior scapulae latus impenetrabilis erit. Deinde priuatim huic lateri iuxta interioris scapulae processus radicem, sinus quidam seu medium foramen instar semicirculi insculpitur, utq; porrigena nerui quinti parisi nervorum dorsalis medullæ furcato, huc una cum uena arteria posteriori scapulae sedem aduenti. Ceterum scapulae ceruicis, quæ inter superioris & inferioris scapulae costarum fines habentur, crassa est, q; scapula ex ampla tenui fede inibi coactata, & secundum latitudinem in crassitate ceruitur. Ceruicis tamē longitudine seu interuum, quod à superiori corporis parte ad inferiorem metior, admodum ceruicis crassitatem superaret, quæ ab anteriori parte in posteriori pertinet. Ceruix insigniter adhuc extorsum ducta, dilatatur, & ut ipsa oblonga est, ita etiam oblongum efformat sinus, inferiori parte circulari circumferentia terminatum, superiori autem parte in acutum magis exponrectum. Atque id propter impræfessionem accidit, hic interna ceruicis fedi factam, tendinis eius<sup>9</sup> musculi ducenti gratia, qui intrò antrorum pectoralium circumuerit. Præterea sinus ceruicisq; scapulae<sup>9</sup> superior pars, in hoc procerius extubatur, quò aptius hinc<sup>9</sup> duo validissima huius articuli pronascenter ligamentum, & externum quoque caput eius musculi commode hinc principium ducere, qui cubitum flexentium anterior celebitur. Hic scapulae sinus cartilagine reliquo articuli sinuum modo incrassatus, non admodum altè celatur. neque etiam huius longitudine & amplitudine respondent, humeri capitū quod ipsi inarticulatur, lötitudini & amplitudini. Quod sanè in hoc articulo Natura peculiariter machinatur, aliorum enim articulorum capita sinibus exquisitè congruant, nisi forte<sup>9</sup> femoris cum<sup>9</sup> tibia articulum excipere uelis, in quo tibiae sinus femoris capitibus non respondeat, ac priuatim in illo quoq; articulo Naturæ aliquid moliri intelliges. Quia igitur pars genu ab aliorū articulorū ratione differt, suo dicemus loco: nunc uero humeri articulus uniuersus explicandus. Quum ergo Natura hunc scapulae sinus satis leuiter, laxorum motuum gratia, exculpasset, illumq; non ualde amplum longumq; creauisset (præter peculiaria huius articuli

Basis appendicis.

Basis cartilaginis.

Superioris in finioris laterum diffcrentia.

Tres scapulae anguli, ac late, ram plurior defiguntur.

Cornix scapulae.

Sinus humero excipiendo partatus.

*Cartilago scapulae sinuosa* <sup>que sit anguis.</sup> ligamenta, quae in secundo libro una cum musculis prosequentur, & quosdam scapulae processus, quos articulum à luxationibus prohibetur tum audies, ubi illos quoque iam in fermonis contextu pertractabimus) cartilaginem quandam ligamentum substantiae componet in hoc sinu crebro effingit, qua sinum auger, profundiorēmē elicit, nimiamq̄ luxandi promptitudinem multum corrigit, parum interim laxissimos differentesq̄ brachij motus, quibus maximē indigemus, praepediens. In ambitu enim huius sinus ea cartilago ponitur, scapulae interī, neque etiam humero connata, sed tantum ligamentum articulum in orbem amplexantibus adnexa. Huius cartilaginis extrema sedes crassa est, sensimq̄ ad sinus centrum ducit gracilem, ac multo ante centrum definit: quasi quis sinum in ambitu anulo augeret, cuius orbis instar trianguli esset contulit: & istius trianguli externum latus, exteriorē articuli ambitum respiceret: inferius uero latus sinus incomburet: superius autem humeri caput spectaret, adeo ut duo anguli ambitum articuli contingenter, tertius interim sinus centrum spectaret. Cæterum hanc Naturam industriam spectatū iucundissimā, etiam si hominis corpus ad manū non sit, in quadrupedum & auium genibus promptē inueberis, quam pari quoque artificio hic tibie offis sinus perpetuo augentur. Huius itaq̄ cartilaginis quorielcunque reperitur, beneficio, sinus scapulae profundior evadit, & interim cartilago impetu compresionisq̄ ossium facile cedit, laxum huius articuli motum minimē cohibet. Processus uero quibus praesenti articulo Natura prospexit, duo censem: quorum alter<sup>9</sup> superior est, summusq̄ humerus nobis vocabitur, atque mox à scapula<sup>10</sup> spina pronaci docebitur, alter uero est interior ac minor, qui ampla radice ex superficie de cerevis scapulae principium ducit, & hinc cuncte latus antrorum fertur, anteriorē articuli parti ueris superiora magis oppositus. Inferior huius processus pars exacte laevis est, ac instar antiquæ Græcorum literæ C causus, ob idq̄ etiam *eryxodolos* appellatus. Alij uero à quādam imagine, quam obtinet cum altera anchora parte, que terra insigfit, *eryxodolos* hunc processum uocarunt. Nonnulli iuris, quid cornicula rostrī modo inclinatur, *laevicordia* appellauere. Atque hæc nomina Galeni interpres subinde luterunt, ad hoc etiam opulitane Galeno, sibi in nominibus hic parum constanti, quum is enim alibi penè semper hum. processum *eryxodolos* uocat, in decimo tertio tamen de Partium usu, eo nomine illum scapulae processum donauit, quem summum humerus uocamus. Verum huius processus nominum mentio, postmodum necellariō incidet, nunc autem quod de interiori processu adhuc enarrandum su perest, percursemus. Inferna itaque sedes is leuis est, in superiori autē parte asper & inaequalis, in etatissima enim sui prædicti de crafstor usitur, & in aqua tubere prominet, cui clavicularē incombuit ac innititur, ualideq̄ alligatur. In apice uero, ubi appendicem exigit, etiam asper est, ut aptius<sup>11</sup> internum anteriori cubitum flecentium musculi caput ab ipsa exorietur, & ligamentum humeri articulo peculiare hic a principiū obtineret. Inter apicem uero & tuberculum, quo clavicularē penè suffulcatur, hæc superior processus fedes etiam aspera exsistit, quod scapulæ ligamentum educeretur, hinc ad superiorem scapulae processum pertinens. Quemadmo dum uero hæc superior processus fedes in hoc aspera est, ut opportune ligamenta illa & hoc muscle caput produceret: ita quoq̄ scapula ceruix orbicularium foramina quædam non perua commonitat, ex quibus commoda validorum huius articuli ligamentorum pender origo.

Nunc tempestiu quoque erit, alterum scapulae processum fermone persequi: cuius natum optimè inteniemus, anteriorem posterioremq̄ scapulae fedes non oſcitante spestantes. Scapula itaque<sup>12</sup> anterior fedes sima causa est, ut commode costarū conuxis respondeant, ac su per ipsas stabilitate debite moueat. Deinde etiam, ut opportuna hæc fedes aptaretur<sup>13</sup> musculo, qui totum anteriori scapulae sedem plenis, intrō antrorumq̄ brachium circumuerit. Causa hæc scapulae fedes leuis quidem est, sed non omni ex parte aqualis, nam fixa in inferiore ipsius fedem<sup>14</sup> tuberculæ quædā exigit, modice inſtar obliquioris linea extuberantia, quæ quodammodo sinus constituant, ac si thoracis coste, quibus scapula hac fede incombuit, temporis successu in scapulā comprimerentur, ipsaq̄ scapula illarū effigiem cedendo afflueret. Hi enim sinus tuberaq̄ in fenibus apparent magis, quam aut in pueris, aut in uenibus, quibus omniam in nus conspicuē protuberant, excrescentq̄. Ad hæc, scapula anterior fedes<sup>15</sup> ad radicem elatioris anguli basis scapulae nonnullū protuberat, aptamq̄ regionem efficit, cui<sup>16</sup> alter scapula attollentium musculorum validē inſertatur. Præterea scapula anterior fedes quā summi humeri radii scapulae in spine respōdet, insignius quam alibi excavatur, non fecus quam si Natura quum scapula spinam fingeret, cava scapulae pars in posteriore extraxisset, ac ita ipsius cauitatem auxiliet: quemadmodū in fistulis uasis, & hjs quoq̄ quę ex mafia uel cera paritur, in dies fieri cernimus. Quando enim olla anſam externa ipsius fedelocatam conspicimus, plerunque caua olla pars ante respondēs, sinuata magis, ac ueluti ab anſa extrosum tracta cernitur, idq̄ in illis sedibus

fedibus potissimum obseruatur, ubi crassiores ansæ partes cōsistunt. Vnde etiam illæ scapulae cauitatis fedes insigniū impresæ cauatae cōspicuntur, quæ extremitas spinae respondent, mox enim spinam in tota ipsius exortus fedes ad extrema impensis crassam, quam in medio ductu, uideri audies. Inter reliquias interim scapulae cauitatis fedes, ea maximè caua se exhibet,

quæ iuxta scapulae ceruicem existit, præter id enim quod in posteriora à scapulae spina, extra cōcolliguntur, hic etiam scapulae collum impenile crassum & introrsum protuberans, hanc uitatem insigniter auget; quemadmodum & inferior scapulae costa, quæ quum crassa sit, huius quoque fedis cauitatem profundiorum reddit.<sup>4</sup> Posterior scapulae fedes insigniæ processu, ueluti spina, adornata, si obiter uideatur, gibba est, quod hanc figuram injurias citra noxam ferens accommodatiorem efficit. Natura hanc ignorauerit. Verum si preflui hoc scapulae gibbum contemplum, dux in ipso fedes cauitates nobis occurrit, mulcens suscipiens aptissimæ.<sup>5</sup> Vna enim sub scapulae spina inter spinae inferiorē fedem, & extuberantiorē crassiore, inferioris scapulae costæ partem constitut. Altera uero inter superiorem scapulae spinae fedem, & superioris scapulae costam habetur. Atq[ue] hanc quidem<sup>6</sup> mulcens occupat, quem brachium circumducunt tertium statuum. Inferior cauitas<sup>7</sup> mulculo oppletur, qui brachium circumuerentur fecundus numerabitur. Porro esti hac externa posterior uel scapulae fedes, cum scapulae spina, tum ipsius costarum gratia, duas haec cauitates ostendat, nihilominus uniuersa (quoniam extuberare cernitur) scapulae dorsum à ueteribus nuncupata est, similitudinem à uero hominis dorso sumentibus. Processum autem qui ab hoc scapulae dorso enatetur, spinam uocare, ad uetererarum posteriorum processum siue spinarum imaginem, quæ quum veteribus reculsum finit instittu, ab his nominibus nunquam ne latum quidem ungues declinatur, externam scapulae fedem Dorsum nuncupabo: summi uero humeri radice, Spinam scapulae. Dicitur autem mihi summus humerus, quod veteribus *angustus* nuncupabatur: quanquam non adeo promptum fit diuinare, quid quicq[ue] haec uoce intellexerit, neque etiam uel diu Hippocratis causa nomen id negligendum uenit, aut etiam de ipso obiter statu dū est, si modo a Syropis & Iulepis interdu animum auocantes, diuina Hippocratis de ossium fracturis & luxationibus, idq[ue] genis malis oracula, etiam ad nos pertinere dixerimus. Quare etiam non ab re fuit, scapulae spinam summum in humerum, ut nobis uisum erit describere, atque tunc demum Hippocratis & Galeni sententiam sermoni adiudicere. Ex tota igitur propemodo amplitudine dorsi scapulae ualidus crassusq[ue] enatetur processus, non quidem è dorfi longitudinis medio, uerū non procūl à superiori ipsius sede. Processus iste (qui scapulae spina est) lenissima magis magisq[ue] augetur, ac tandem à scapulae dorso iuxta scapulae ceruicem abcedens, teresq[ue] quodammodo apparēs, modicè antorū fertur, insigniter supra scapulae cū humero articulū laetescens, & ampla donatus appendice, quæ pueris pluribus officulis cōformatur, cartilagineis interuenient coalefictibus. Huius processus pars omnis anterior, & posterior, & humilior, leuis minimēq[ue] alpera cernitur: superior autē ipsius fedes neutiquā leuis est, sed rudit, & foraminulis quibulq[ue] non perius decorata, idq[ue] potissimum in superiori sui appendicis sede, & ubi non procūl à scapulae bafi, processus iste crassior apparet, ac subinde appendicē quoq[ue] nanciscitur. Neg hæc sanè fructu machinatur Natura, musculorum enim gratia has molitor aperitates, quibus maximus scapulae sursum ducens musculus implantatur. Dein processus iste in quibus dixi locis asperior ideo eusit, quid mucus ille latiorem validioremq[ue] infectionem imbi tentat. Quinetiam hæc asperitas, principium præbet dignissimo brachium mouenti musculo: quem, quid brachij cum scapula articulum eleganter integrit, *irregularis* dissectionum perit uocant. In anteriori processus sede<sup>8</sup> finus adeo leuiter & superficietem inculpatur, ut num capitulum, num sinus sit, agre diuidatur. Huic fini modice prominē clauiculae<sup>9</sup> tuberculū articulatur, validissimisq[ue] ligamentis cōstringitur. Interuenient hinc plerumq[ue] peculiari cartilagine, illi profrus simili quam in maxilla inferioris cum superiori articulis obferuari retulimus, que felicit utrinq[ue] quid ossa spectat, leuis & lubrica sit, & tantū ligamentis articulum continentibus affirmata & continua. Dicitur modic processus pars, quæ à scapulae dorso enatetur, ac (ur sic dicam) dorso proxima est. Spina opportune nominatur, quæ etiā in canibus, oib[us] & equis cernitur.<sup>10</sup> Pars autē quæ à scapula antorū ueris exteriore abscedit, ac sensim dilatatur, inq[ue] foliis hominibus, simijs, scuriis, et si quod aliud animal clauiculae donatur, obferuari potest, sumnum humerum appellabimus: id nomen à Græci mutuantes, qui procūl dubio brachij ossis cum scapulis articulum *angustus* nuncuparunt, ac proinde *angustus* hanc processus partem vocarunt, quid articuli superiori em cōstituit fedem, ac ueluti illius tutissimum habeatur propugnaculum. Atque ita sanè ab Hippocrate perpetuo accipitur, cum alias sapienti, tum præcipue quando humerum (quem ipse *angustus* uocat) nequaquam ad superiora (impeditè nimisrum

Posterior fedes  
scapulae fedes, fedes  
dorsum.

*Summus* hu-  
merus seu angus-  
tus, cunctis tam  
diligenter infla-  
tuenda est, des-  
cribitur.

*g. 2. fig. G.H.*  
*d. 5. imm.*  
*d. 5. T. Y.*  
*s. 5. planter.*  
*Z. 5. J. G. et*  
*precipue*  
*b. C.*  
*o. 6. musc.*  
*t. ab. 5. t.*  
*t. ab. G.*  
*p. 5. musc.*  
*t. ab. r.*

*g. 2. fig. G.H.*  
*t. ab. 5. imm.*  
*t. ab. S. Y.*  
*f. 5. fedes.*  
*fig. 5. Z.*  
*t. ab. 5. t.*  
*t. ab. K. M.*  
*t. ab. 5. J. K.*  
*s. 5. cap. 5.*  
*Q. R.*  
*x. 5. fig. L.*

*7. 9. musc.*  
*t. ab. 5. 2.*  
*z. 5. musc.*  
*t. ab. 5. 2.*

*4. 5. fi. L.*  
*b. 5. fig. cap. 5.*  
*22. Q.*

*c. 5. fi. G.H.*  
*d. 5. fi. C.D.*  
*e. 5. Humer-*  
*5. R. fi. 2.*

*Peculiaris*  
*cartilago clav-*  
*iculae cū sa-*  
*periori fo-*  
*pulae processu-*  
*articuli.*

1 2 summo

f integr.  
rū Q ad.

summo humero) luxari docet, & quum de effratio summo humero pertractat. Quanquam &c  
hic Galenus etiā in libro de Ossibus audiendus est, qui cōpaginem' p̄fentis proceſſus f integr.  
clauicula ἀρχήν nonnullis diſectionis professoribus uocari aſſerit. Vbi etiam ſubiungit, hic  
quodam tertium os præter proceſſum hunc, & clauiculam in foliis hominibus ponere, idē  
acromion & λευκωνία uocare. Tertium hoc os Galenus decimo tertio de Partium ufo in ho  
minibus reſenſet, & ſimias illo priuat; quemadmodum & in libris de Adminiftrandi ſectioni  
bus, & in suis in Hippocratis de Articulis librum commentarijs. Scribit enim, præter hunc fa  
pule ſuperiore proceſſum, & clauiculam, tertium quoddam os eſſe cartilagineum, quod cla  
uicula ad illum ſcapulæ proceſſum cōtextu inſternitur, & à quo membranæ ligamentæ pro  
nafentur, quorum beneficio contextus iſſe validius cōmittitur. Galenus in quinto de Admif  
trandi ſectionibus libro huicmodi in libro de Oſſibus teſtabatur, quodam hinc tertiu quoddam  
os colloſare, idē ab illis ἀρχήν nuncupari. quum interim Galenus ſubinde in libris de Par  
tium ufo, & in libris de Adminiftrandi ſectionibus, ac ferè in omnibus in Hippocratem com  
mentarijs, hunc ſcapulæ proceſſum ἀρχήν uociterit, auſ faltem huius ſcapulæ proceſſum  
cum clauicula compagem, adeo ut non parum Galeni in conflantiam hic admirer, multoq' ma  
gis tantisper admiratur ſum, dum in homine tertiu id cartilagineum os mihi ocurrat. Neu  
tiq' enim arbitror Galenū, peculiarem ſuperius cōmemoratam huius articuli cartilagineum  
ofliſ loco habere, quia cuius generis cartilagines ad ligamenta naturam à uera cartilagine pluitū  
recedat, neq' oſſe ullo paſto ſint: quinetiam quum hac in ſimia perinde ac in homine reperi  
tur. Et si forte ofliſ loco habenda eſſet, præterquam quod Galenus alter huius meminiſet, &  
articulu inuenire, non autē ipſi inſterni ſcripſit, etiā reprehensione nō careret, quod pecu  
liare os in clauicula cum pectoris oſſe articulo, & rufus in inferiori maxilla ad ſuperiorē  
' articulis &c in genuo ſtatuerit, quū interim illi huius generis cartilagines maniſtuſ ſuam  
hic in ſummo humero apparet, etiā ille Galeno in cognitiv & prætermisſe videatur. Adeo  
ut adhuc multo fatius ſit, peculiare hanc cartilaginem (et iſ ſcīa eſſet) ofliſ nomine non habet,  
quā ſimil tot ofliſ Galenu lauiffe, clam inuere. Haec tenuis itaq' mihi hinc munq' quantuſ  
diligenter Hippocratis nomine fecant, tertiu os animaduertere licuit. Satış perpeſciū habeo,  
Galenū id nunquam etiam uideſe: & ſi auſum eō uig' in iſum impietatis progredi, affirmare  
illum huicmodi os coſtinxiſe à quād cum oſſu, qua ſelami ſemini referunt, ſimilitudine, que  
aliorū oſſium articulis contextibus ita apponi audies, quemadmodū cartilagineū ſu Galenus  
hic conſiſtere prodidit. Lubens igitur cōſciero, tertiu id mei homine non magis quām in  
ſimia reperiſſe, ut neq' qui mihi fecant adfluere ullus, ut ſingulis id obſerueretur,  
ſedulū ſemper monuerit. Ac proinde ſi quis id os, aut ſimile quodpiam præter' proceſſum ſea  
pule & clauicula mihi oſſe dederit, fidem do in humeri cum ſcapula articulo, me aliud eiusmodi  
quid longē dignius atq' in artis operibus egregie perpendendū, ocyus cōmonſtratum. quod  
uel ſola hac occaſione ſciens nunc prætereo. Quamvis interim nemini ignorare uelim, nullum  
unquā animal, præter hominē, ſimia, & ſeūrum, & ſi reſe memini, glire mihi occurrit, ſe  
hoc ſuperiori ſcapulæ donati proceſſu: adeo ut uix ambig' eum, qui primus hominē duntaxat  
ἀρχήν donari ſcripſit, intellexiſe ſolū hominē ſu proceſſum obtinere: quando illum in ca  
ribus, ouibus, capris, leporibus (qui etiā interiorē ſcapulæ proceſſum ſeparat nanciſtūr)  
& alijs que menſe apponi ſolēt quadrupedibus, nullū ſuperiorē ſcapulæ proceſſum (at dunta  
xat ſpinā) ſpectare, parū deſiniſ cum Galeno ſolicitus. Liceat igitur ſuperiorē hunc ſcapulæ  
proceſſum nobis tantiper ſummu Humeru, aut Superiorē proceſſum, dum uerior occurat  
ſentia, appellare. Porro cuius uifus gracia ſi homini & alijs animalibus clauicula obtinetibus  
detur, dum demū melius explicabimur, ubi clauiculā historiā aggrediemur. Præter hoc enim  
quid ad ſuperiora humeri luxationē is proceſſus prohibet, & tutiſimū humeri articulo pro  
pugnaculū ſit, & quid mufculorū iñferiori & exortui elegāter famuletur, in hoc potiſimum  
iuuat, ut accedat clauicula humeri articulum à thoracis lateribus & costis quām loq' ſimē re  
moueat, illumq' in eo ſitu reſeruet, quo maximē ad fuos motus, quos uarios diſtinctosq' admo  
duum molitur, indiget. At haec in clauiculā decriptionib⁹ refumētur diſtibus, iam enim alii  
quando opportunū erit, ſcapularū ſermoni modum imponere: praecipue quum aliud enarran  
dum nihil ſuperfit, niſi forte per quām exiguū, cuiusmodi eſſe poſſet, baſim ſcapulæ quā apen  
dicibus decoratur, ut ſingulare fungolam fituſo familiū uideri, & nonnulla foramina in ſcapulæ ſpinā  
porrigi, quae ipſi (quum cratia ſit) uenas deducat, nutrientum illi ſuppedituras. Cernitur  
autem unum ſubinde in illa amplitudine, quam ſuperior ſcapulæ coſta cum ipſius ſpinā eſſor  
mat: ac etiam in interna ſcapulæ ſede, qua hæc impenſus cauatur,

g Grandior  
part 4 figs.  
re cap. 12.  
b fig mar  
gini ca. 10.  
18 fig. 31.

h fig. 4.  
15 V. V.  
c fig. 4.  
15 v. 2.

l integr.  
rū Q ad.

*Quibus tantu  
animalibus fu  
perior ſcapulæ  
le proceſſu  
oligere.*

*Summi humeri  
uifus.*

PRIMA VIGE-  
SIMI SECUNDI  
Capitis figura.



SECUNDA.



TERTIA.



TRIVM QVAE HIC PROPONVNTVR FIGVRARVM ET  
ipsarum characterum Index.

**P R I M A** praesentis Capitis figura dextri lateris claviculam anteriori extre-  
miae & superiori sede expressam habet.

**Secunda**, posteriorem interioremque dextri lateris clavicule faciem, una cum superiori quoque ipsius sede ostendit.

**Tertia** inferiorem eiusdem lateris clavicule sedem communis trahit.

**A** Clavicule capitulum, quo ipsa pectoris ossis articulatur.



**B** Capituli huius primus angulus.

**C** Secundus capituli angulus.

**D** Tertius et quartus commemorant tertius angulus. In prima tamen figura, uniuersa triangularis capituli circumscripicio est conspicua literis **B**, **C** & **D**. perinde ac in figura manifestioris doctrina gratia, indici characteris **D** hic superposita.

**E** In anteriori clavicule sede protuberans linea directo prius anguli **B** insigniti, notatur.

**F** & **G** in tertia figura, protuberans linea inferioris sedis claviculae indicatur, quam **F** & **G** in secunda figura ut cinque etiam ostendunt.

**G** priuatim indicatur asperitas, ad lineas **F** & **G** posteriora apparent.

**H** Clavicule longitudinis medium, quod teres est, nisi linea **F** in inferiore ex parte protuberaret.

**I** Hac sede clavicula ad superiori scapulae tendens processum dilatescit, superiori sede que etiam **I** ad **K** usq; notatur gibba est.

**K** Asperitas in ea clavicula sede conspicua, ubi haec anteriori sui parte maxime cava cernitur.

**L**, **M** Latiuscula sedis claviculae inferior pars leuite sinuata, & aspera, non autem superioris partis modo gibba.

**N** Hac sede clavicula etiam aspera est, perinde ac iuxta **M**, ex qua ligamentum ad internum scapulae processum fertur.

**O**, **P** Claviculae sedes maxime retrosum introrsumque protuberans, & huius sedis peculiaris tuber.

**P** Locus insigniter asper, in inferiori claviculae sede conspicuus, qua superiori scapulae processu coartatur.

**Q**, **R** In tertia figura **Q** tuberculum insinuitur, quo clavicula superiori scapulae processu committitur. In prima uero figura & secunda **Q** sedes indicatur, qua id tuberculum consistit.

**HANC** figuram integrum erit praesentis Capitis quartam constitucere, in qua dextri lateris pars **R** insignita cartilagineum exprimit, claviculae cum summo humero articuli peculiaris. Altera aut pars **S** indicata, cartilago est peculiaris claviculae cum pectoris osse articuli.



*Claviculam numerat.*

*Pectoris os articulatio.*



N VTRIS Q VE lateribus claviculae<sup>3</sup> (quae Græcis κλαύστρα, Latinis uero etiam furculæ & iugula nominantur) singulæ cōsistunt, pectoris ossi & summo humero seu superiori scapulae processu coartatae. Pectoris ossi in illis articulantur<sup>b</sup> finibus, quos in primi ossis summum sedis lateribus excutios diximus, ac quemadmodum sinus illi oblongi sunt, ab anteriori<sup>c</sup> 19 r. b usq[ue] partibus decorum in posteriora ducit, & antica sede quam postica latiores, internoq[ue] latere aliiores quam externa cernuntur, ita quoque se habent claviculam<sup>e</sup> capita pectoris ossi cōnexa. Hac enim sinuum modo oblonga sunt, ac depressa: et si quis accuratius eorum circumscriptione animaduertetur, illam quodammodo triangulam iudicaret.<sup>d</sup> Vnus enim angulus in anteriori capitis parte ad humiliora consistit, utique obvolutus. Secundus etiam obtusus est, in superiori capitis parte nonnulli uerbi, fus posteriora conspicuus. Tertius acutior longiorq[ue] est, in posteriori repositus, deorsum declinans. Porro ut praesentes anguli obtuti sunt, ita etiam trianguli linea inaequales, ex trorū sumis obliquatae occurunt.<sup>f</sup> Illa enim qua[re] a primo angulo ad secundum ducitur, brevis uissima est: a secundo autem angulo ad tertium<sup>g</sup> procedens, multo longior uisit. Quia uero à primo ad terrium curvatur, omnium longissima curvatura est. Atque ita se habet claviculae caput circumferentia, quod multa cartilagine inercuratur, laeviusq[ue] est: cartilagine tamen una cum tenuissima appendice effracta, caput alperum ac inaequale cernit. Verum et si caput car tilagine non minus quam & pectoris ossis sinus abundet, nihilominus tamen Natura hinc cartilagine effinxit, qualē priuatim in inferioris maxilla ad superiore articulis reponi commemorauitum. Inter pectoris enim ossis sinum, claviculae caput, cartilago quodam adē ampla interuenit, atque capitis & sinus est amplitudo. Haec tenuis undecunque est, ac aqua omni ex parte conflat crassit, & quā sinum respicit, admodum leuis est, & unctuoso humore perflua, sinuq[ue] seu pectoris ossi nulquam connata. Item quā cartilago claviculae contingit caput, pariter quoque leuis & lubrica est, capiti interim non connata, sed tantum ligamentis articulum in orbem amplexantibus. Adē, ut & haec cartilago non minus triangulā sit, quā claviculae caput pectoris ossi articulatum. Clavicula ab hoc cum pectoris ossi articulo, non recto tramite ad alterum ipsum porrigitur articulum, quo scapula superiori processu connectitur.<sup>h</sup> A pectoris enim ossi procedens, ex trorū senī curvatur, & anteriori parte gibba, posteriori uero concava efficitur.<sup>i</sup> Verum illico post medium ipsius longitudinis contrario duūtū procedet, introrū nanque curvatur, & gibba fit, anteriori autem sede concava uisit: in anteriora insigniter illic prominens, ubi superiori scapulae processu proxima est: adē ut ibi gibba, bisq[ue] caua redatur. Pars enim ipsius pectoris ossi contemnerit, & hinc q[uod]cūdīta, retrorū, seu ad thoracis interiora magis pertinet, quae autem superiori scapulae articulatur processu, ac invicem nuncupatur, antrorū uergit, & ab interna thoracis se de extrorū remouetur, clavicula interior in medio ductu etiam obliquata est itaque gibba anteriori sui parte, in anteriori pectoris sede non procul ab ipsius cum pectoris ossi articulo, cauāq[ue] est parte sua interna, non procul uero à summo humero anteriori parte insigniter breuiq[ue] flexu caua cernitur: posteriori autem parte, gibba & conuexa. Atque ut res ledulō propter crebras claviculārum luxationes fracturasq[ue] expendenda breuerit, claviculae duciūs huic nostro s[ecundu]m respodet, precipue si id in medio ductu paulo magis maiusculi S ritu in hunc modū obliquari fingeremus. Neque horum ullum temere & frustra a rerum Opifice factum est: ubi enim clavicula iugulum speciat, merito posteriori se ueriori parte caua est, quum hac asperam arteriam, stomachum cum sexi paris neruorum cerebri neruis, & imprimit infigens nervorum seruum serua dōrfali medulla axillam petens, ferri debent, quibus potissimum neruis clavicula uiam exporrigit, & propugnaculi etiam loco præfigitur. Quia uero à iugulo, aut posteriori à sue longitudinis medio clavicula in posteriora porrigitur, neque aliquius usus gratia haec in anteriori sede gibba esse debuit, necessario rursus iuxta superiorem scapular processum antrorū uergit, quoque processus illius<sup>j</sup> partē contingat, cui aptè coarticulari possit. Tantum autem hic antrorū porrigitur, quantum retrorū abscissas ipsius<sup>k</sup> gibbapar-

*Peculiaris cartilaginosa articulatione claviculae cū pectoris ossi.*

*Mitra claviculae curvatae.*

*Curvata.*

*Humeri articulus curvus & collis removens, & clavis curvula ac summa tenerius.*

ram arteriam, & iugulum, Latinis uero etiam furculæ & iugula nominantur) singulæ cōsistunt, pectoris ossi & summo humero seu superiori scapulae processu coartatae. Pectoris ossi in

a integrā-  
rum Q. ad  
OCT.

b 7 fig. ca.  
19 r.

c 1, 2, 3, fi. A.

d 1, 2, 3, fi. B.

e 1, 2, 3, fi. C.

f 1, 2, 3, fi. D.

g 1, 2, 3, fi. E.

ad C.

h 1, 2, 3, fi. F.

i 1, 2, 3, fi. G.

ad C. A. et H.

n. 1, 2, 3, fi. H.

ab A. et H.

n. 1, 2, 3, fi. I.

ab A. et H.

Hez organi-  
nae for-  
mae ope-  
rat in-  
dus ultima  
fi. 1, 2, 3 de-  
in ultima  
quarti.

o 1, 2, 3, fi. cap.  
21 L.

p 1, 2, 3, fi. O.

q 1, 2, 3, fi. P.

r ab inter-  
gatis ubi ar-  
ticulat ex

s 1, 2, 3, fi. Q.

t 1, 2, 3, fi. R.

u 1, 2, 3, fi. S.

partē duci potest, quod ipsius cum scapula

arti-

articulus à thoracis laterè plurimum distet. Si enim articulus ille thoracis costas contingere, uel quauis ratione ipsi proximè quemadmodù in quadrupedibus locaretur, ipsas manuum circulationes & iactationes ad pectus, dorsum, collum, & illa nequaquam moliremur: quemadmodum accidere nouimus, quia luxatus humerus in costas procidit, uel scapula in flar alte ob effractam claviculam dependet. Neigitur adeò necesse fari de substituere munis. Natura hu-

t, fig. Q.

meri articulum à thorace plurimum distare uoluuit, quod fāne praestitū superiori scapula processu, qui ita producitur, ut clavicula beneficio à pectori detrusus, sustentetur ac stabilitatur, ipse articulus hac occasione procidit à thorace disingatur. Articulatur uero clavicula huic

fig. ab

processu minimum extuberant' tuberculo latiori, quam longiori, & nonnulli obliquo: talis hic confurgit articulatio, ut quodnam os scapulae suscipiat ure, dijudicare uix queas.

fig. Q.

fit enim hic ea articuli species, quam Graecorum veteribus οὐοκαὶ διέτηνεν. Clavicula pars quæ superiori scapula processu connectitur, quemadmodum & processus quoque latus ampliusq; cernitur, præterea hæc clavicula pars, ut & illa, quæ pectoris ossi commititur, intus histologa magisq; rara est, quam reliqua clavicula portio, quod ui-

fig. ab

delicit haec partes etiam crassiore spissiores que sint: & ossa intus tante semper fungosiora, quanto crassiore & ampliora cernantur. Ipsa enim clavicula in sua longitudinis medio foli-

fig. ab

dissima est, quod etiam hic sit tenuissima, quadammodo teres, non enim proflus teres est. In humiliori nanque ipsius parte ueluti in linea protuberat, quæ incipit non procul à claviculari capite, quod pectoris articulatur, iuxta medium scilicet posterioris & anteriori eius capitum angulorum. Pertingit autem hæc linea paululum ultra clavicula longitudinis medi-

fig. ab

um, in hoc parata, ut mulcus thoracem mouentium primus ab ipsa principium duceret, luxa huius linea principium propter caput claviculae<sup>a</sup> asperitas sinuola conflicitur, unde

fig. ab

validum pronasit ligamentum, claviculam pectoris ossi illic colligans, <sup>b</sup> qua ipsi prima thoracis costæ cartilago connatur. Quinetiam ad aliud huius linea extremum, altera occurrit<sup>c</sup> asperitas, & ueluti aper quidam finus, quo clavicula<sup>d</sup> tuberculo radiciq; interior fasciula processus penè incumbit, ac à quo ligamentum promittit, claviculam illi tuberculo pertinaciter colligans. Porro inferior hæc clavicula fedes, ubi linea illa definit, claviculaq; am pli uisit, sinuola fit, & aspera, idq; potissimum iuxta conuexum claviculae ad superiorem scapula processum, ubi ligamenta articulati hunc continentia ualidiora quam superiori fedes en-

fig. ab

suntur. Superior uero totius claviculae regio leuis omnino est, præterquæ iuxta ipsius articulos, ubi ligamentorum producentorum occasione, quemadmodum & musculorum gratia nonnulli aspera est. A clavicula enim parte superiori iuxta pectoris os<sup>e</sup> musculus ille enatetur, qui etiam à pectoris ossi pronatus, in<sup>f</sup> mamillæ capitis processum implantatur, capitiq; motorum decimus tertius, leu septimi pars alter numerabitur. Superiori uero claviculae parti scapulae superiori commissæ processu<sup>g</sup> musculus ille inferitur, qui scapulam sursum ducentum primus recensabitur. In anteriori claviculae parte ad radicem primi ipsius capitatis anguli,

fig. ab

<sup>g</sup> linea quoque protuberat, ante medium longitudinis claviculae definens, à qua non minima pars<sup>h</sup> mulci brachium pectoris adducens principium ducit. Ad hæc, in anteriori clavicula fedes, ubi retrosum inflectitur, & ubi non procul ab ipsius cum superiori scapula processu articulatione causa uisit, etiam<sup>i</sup> asperitas notatu digna confitit<sup>k</sup> mulci brachium atlenti parata, cuius principij magna pars hinc pronasit. In posteriori clavicula fedes nulli, quod non dictum sit, inaequale occurrit, præter quoddam<sup>l</sup> tuberculum hæc protuberans ubi clavicula inibi maximè gibba est, idq; tuberculum ueluti illius gibba fedis angulum confitit, ligamentumq; ad interiorem scapulae processum eductum. Præter hæc in clavicula uix quicquam notandum est, nisi fortassis adhuc fermor i foraminula quedam nō proflus periuia adiici uelis, quæ interdū duo, interdū tria in maximè solida claviculae parte, & potissimum in posteriori ipsius fedes uidentur, in hoc parata, ut uenulas transmittant claviculae nutrientes.

Clavicula ad  
summa hume-  
rum nexus.

Clavicula sub  
humeri, subter,  
affter recte, &  
ueritate, & for-  
matio, & for-  
mannia.

## DE HV MERO SEV BRACHII

oſe. Caput XXIII.

## CHARACTERVM DVARVM PRAESENTIS CAPITIS

figuram (quæ sequens pagina proponet) Index.

A, B, C, D, E, F, G, H Horum characterum alij in prima figura, alij uero in secunda obuij sunt, indicantes humeri appendicem, ut modo subiectam, ualde uariam.

A, B, C In ambabus figuris humeri caput circumscrifitur, quod scapulae inarticulatur.


D, E Vtrique characteres in prima uisuntur figura, externum caput appendicis humeri notantes,

I 4 cui


*cui ligamenta articuli inseruntur.* Verum D externi huius capitis anterior caput indicat. E uero posterior, quod in secunda figura magis quam in prima est conspicuum.

F, G Duo isti characteres in prima, & G in secunda, sūnum indicant patulum, qui interius caput ab exteriori dirimit. Reliquum characterum Indicem ponendis modo figuris subjiciens.

PRIMA VI  
GESIMI TERR.  
tij Capitis figura, dex-  
tri humeri anteriorē  
faciem referens.



SECUNDA  
HVIVS CAPI  
tis figura, dextrum hume-  
ri posteriore faciem  
proponens.



H, I 1 Sinus externum caput in duo dividens, ac externo capiti anterioris musculi cubitū flexcentium paratus. & H quidē ipsius sedē in appendice notat. Uerō cā quae in humeri ceruice cōfilit. K, L, M 1,2 Humeri rotula, ad quam ulna flectitur & extenditur. ac K quidē sinus rotule notat, L uero & M sinus latera. & L rursus internum latus, M autem externum.

N 1 Sinus ad rotula superiorē partem in humeri anteriori sedē incisus.

O 2 Sinus ad superiorē rotula partem in humeri posteriori sedē admodum altē excavatus.

P 1,2 Humeri caput seu tuberculum, cui radius articulatur. In prima figura huius Capitis pars ap̄paret, quæ cartilagine incrassatur. In secunda uero cā pars, cui radius non committitur, uerū musculorum exortus eleganter subservit.

Q 1,2 Hac sedē humerus ad magnum ipsius longitudinis interuallum in star acutę lineę protuberat.

R 2 Sinus in hoc externo humeri capite quartis manū petentium neruū gratia exculpans.

S 1,2 Internum humeri tuberculum.

T 1 Sinus anterioris tuberculi tertio manū aduentum paratus.

V 2 Sinus interioris tuberculi, in quo quintus brachium petens neruus uechitur.

X, Y, Z 2 Posterior humeri sedes. ac X quidē notat partem superiorē, quæ sinuata est: Z ue-  
ro inferiorē, quæ gibba cernitur. Y imprecisionem indicat, ad quam quartus neruus brachi-  
um accedens revolutur.

a, b, c, d 1 Anterior sedes humeri, in qua b in sinuatum prominentem extuberantem uero eius partem: a uero &  
c locum, qui utring ad hanc protuberantem partem deprimitur. Deinde tres isti characteres se-  
mul notant anterioris humeri sedis inferiorem partem sinuatam: d uero superiorē, quæ gib-  
ba uisitatur.

e 1,2 Afferitas iuxta externum latus anterioris sedis humeri consitens.

f 1 Afferitas in anteriori humeri sedē conspicua, ad radicem sinus externum caput musculi deduc-  
tis, qui cubitum flexcentium anterior recensetur.

H V M E



a integrā  
rum 5 ad  
D. de  
T. V.

V M E R V S Celsus, atque alijs compluribus<sup>3</sup> id os vocatur, quod scapula & cubito articulatum, Græcis (uni & Latinorum quamplurimis) *Bra-*  
*chium* nuncupatur. Ut uero totam ossis & muscularum molem cum nervis, uenis, arterijs, cute, & alijs si que brachij constructionem ingreduntur, ab ipso osse in sermonis contextu distinguamus, quum solus ossis  
mentio inciderit, id Humerum, aut interdum Brachij os appellabimus:  
quum autem reliqua membra partes una cum osse indicabimus, Brachij

*Humerus.*  
*Brachium.*

uoce non inopportune clarioris doctrinæ studio, utemur. Humerus itaque, Galeni sententia, omnium totius corporis ossium, femore tantum excepto, maximum est: licet tamen fibula & tibia os, humerum longitudine insigniter uincat, dein tibia os crastitudine & grauitate perinde atque ossa sacri ossis lateribus coarticulata, pondere humerum longè superaret, adeò ut pleraque nobis prater femur occurram ossa, quibus humerus magnitudine cedit. Verum id cum alijs permulsi Galeni concedemus autoritati, quum aliorum uenia nobis non licet ipsius placitis contrarie. Summa igitur humeri pars, qua is scapula articulatur, admodum magna<sup>4</sup> appendice constat, qua in duo dirimuntur capita, quippe hac interna ipsius sedē amplum, & in ambitu orbiculari, & paulo minus quam medijs globi modo protuberans eformat caput, quod latus æquale est, & cartilagine incrufatum capulæ<sup>5</sup> fini articulatur. Hoc caput, appendicis internum latus constitut, superioris etiam appendicis sedis aliquantum lo plus quam medium occupans. Ceterum appendix externum latus, quadammodo in aliud aperum & inæquale protuberat caput, non quidem articulationi cuiquam crecum, sed duxatax collis modo prominens, in quem ualida multaq; ligamenta humerum scapula ne-  
ficitur implantantur. Ad externum enim interioris capitatis latus, quod in eminentiori & summa appendix sedē habetur, & deinde in anteriori posteriori euidenter capitatis sedē, amplius quidam patulus<sup>6</sup> sinus orbicularis ducitur, internum caput (quod articulationi subseruit) ab exteriori (quod ligamentis excipiens adaptatur) dirimens, & idoneam ligamentorum insertioni sedem parans. In huncenam sinum orbicularis ductum, & in anteriori humeri se-  
de magis quam in posteriori patulum, seu amplum profundumq; tanquam in ualle ligamen-  
ta inseruntur. In caput uero externum, quod hoc sinu ab interno distinguitur, ligamenta ueluti in collem & promotorium aliquod insertionem moluntur. & quemadmodum omniū ossium sedes, in quibus aliquid inseritur, aut à quibus aliquid principium ducit, aspe-  
ræ inæqualesq; sunt, sic quoque & praesens sinus una cum externo capite asper inæqualisq;  
cerinatur. Porro præterquam quod hoc externum caput in æquilatero prominet, uariumq; est, alio quodam<sup>7</sup> sinu ueluti in duo rufus capita dividitur, in<sup>8</sup> anterius nimirum, & posterius quod anteriori multo grandius est. Sinus enim iste patulum uerius exteriō in anteriori ap-  
pendicis sedē celatus, insigniter profundus, longus, & secundum cauitatem ad amissum teres perinde uisitatur, ac corpus, cuius gratia insculpitur, quod<sup>9</sup> externum caput est musculi cubitum flecentium anterioris. Quod autem sinum illum secundum concauum, caput autem mu-  
sculi secundum conexus, teres esse intelligi, neminem latere arbitror, dummodo sinus qui-  
dem omnes cautos, ea autem que illis uehementer insidientur, gibba esse, non ignoret. Cate-  
rū oblongus hic sinus non tantum ad appendicem pertinet, uerum etiam ad eam humeri os-  
sis<sup>10</sup> sedem cui appendix coalescit, & qua humeri ceruicem per quam breuem & impene cras-  
fan constituit, atque ita superior humeri pars scapulae contermina se habet. Inferior autem,  
qua<sup>11</sup> duobus in cubito existentibus ossibus, ulnae nimirum & radio articulatur, longè magis  
adhuc uaria est, tum sinuum, tum capitum ac tuberum copia & imagine. Primum igitur, in re-  
gio inferiori humeri sedis, sinus cum suis tuberibus talis prorsus conspicitur, qualiter in troch-  
leari rotula est cornere, ad quam funes uoluntur. Quemadmodum enim rotula trochleari, ro-  
tunda orbicularisq; in ambitu est, in lateribus autem plana & lata: sicut etiam in hac humeri se-  
de orbicularis rotundaq; conspicitur pars, quam nullæ imaginis propriis quam rotula affini  
laeuerit. Deinde, ut rotula in ambitu, cui chorda adiulcitur, sinus quodam (ut sic dicam)  
tereti, & leui, ac lubrico exsculptur, & sinus huius latera utrobique protuberant, funemq;  
in se quo minus aberret amplectantur: ita etiam hac humeri pars in medio finuata est, &  
utrinque protuberat. In hoc tamen ab exquisita rotula tuberibus differt, quod perpetuo fore  
sinus rotula latera æqualter exporrigitur. Hac autem humeri pars<sup>12</sup> interno latere admo-  
dum insigniter prominet, & ad amissum rotula responderet, exerno interim latere multo mi-  
nus educio. Non fané, quod hinc Natura magis quam rotularum artifices dormitauerit, aut  
minus fuerit solers, sed quod ne uitiquam necellum erat, humeri sinus, seu orbita latera, utrinque  
pariter exporrigi. Ut enim rotula murum altero latere spectans, ideo minus in latere mu-

*Humerus post*  
*sinu non est*  
*convenit efful*  
*grandiorum,*  
*ut Gal. in 4.*  
*de Ossibus cer-*  
*fis.*

*Superioris*  
*humeri Pars*  
*definiri.*

*i. fig. A.*  
*T. fig. B.*  
*C. fig. C.*  
*D. fig. D.*  
*E. fig. E.*  
*F. fig. F.*  
*G. fig. G.*  
*H. fig. H.*  
*I. fig. I.*  
*J. fig. J.*  
*K. fig. K.*  
*L. fig. L.*

*fig. A.*  
*B. fig. B.*  
*C. fig. C.*  
*D. fig. D.*  
*E. fig. E.*  
*F. fig. F.*  
*G. fig. G.*  
*H. fig. H.*  
*I. fig. I.*  
*J. fig. J.*  
*K. fig. K.*  
*L. fig. L.*

*M. fig. M.*  
*N. fig. N.*  
*O. fig. O.*  
*P. fig. P.*  
*Q. fig. Q.*  
*R. fig. R.*  
*S. fig. S.*  
*T. fig. T.*  
*U. fig. U.*  
*V. fig. V.*  
*W. fig. W.*  
*X. fig. X.*  
*Y. fig. Y.*  
*Z. fig. Z.*

*Inferioris ha-*  
*moris pars de*  
*fingit.*

*fig. A.*  
*B. fig. B.*  
*C. fig. C.*  
*D. fig. D.*  
*E. fig. E.*  
*F. fig. F.*  
*G. fig. G.*  
*H. fig. H.*  
*I. fig. I.*  
*J. fig. J.*  
*K. fig. K.*  
*L. fig. L.*

Secunda figura primum indicis quoque os indicat, E notatum: & secundum pariter F insinutum: ut horum ossium delineatio secundi quatuor digitorum articuli speciem oculis subiectet. G itaque & H duo indicant capitula primi indicis ossis. I uero & K sinus secundi ossis, quos duos capita primi ossis subintrant. L autem sinus significat, in medio capitum primi ossis consistentem, ac in tunc tuberculum secundi ossis inter duos sinus I & K notatos prominens, & M insignitum subingreditur.

Tertia figura secundum indicis os N, & tertium O, proponit, tertij cuiusq; digitii articulæ speciem ostendit, quam quia penitus secundo quatuor digitorum articulo respondet, alijs charæ ceteris non obliterauimus. Verum istas articulorum imagines etiam ex duabus primis uigesci quinto Capitis figuris petere integrum est.



11.5. Fig. 6.  
21. pollicis  
ossia A, B, C,  
3. indicans  
seco D, E,  
3. indicans  
tu. quatuor  
ratis etiam  
repigerum  
eff.

MNES manus digitos ternis constare ossibus, (quæ & internodia, & articuli, & acies, seu etiam qdaxys & excrevicias, & levigata uocantur) superiore Capite comprehensum est. Atq; hec ossa dura sunt ac densa, non tamen (ut aliquando contraria Galeni placitum monimus) medullæ penitus expertise. Prater id enim quod suprà infraq; appendiculum modo non nihil fungosa existit, etiam singulis sinus cōgit grandior, medullæ asper uanda gratia, ut & in postibrachialis ossibus, paratus. Quod uero digitorum ossibus ad actionem robur in apprehendendo, & eisdem pluribus propter uarios qui manibus sunt motus, ac eorum quæ illis apprehenduntur differentiam indigamus, neminem latere arbitror. Deinde quod neque plura ossa, neque pauciora tribus fieri, digitis omnino ex usu fuerit, uel hinc promptissime colligitur, quoniam si illum excederet numerum, præterquam

Singularis digiti  
tribus ossi  
bus mentio for  
marie.

L quod

quod nulli auxiliarentur functioni (abundè enim omnes trium ossium ope obimus) perfectam validamq; digitorum extensionem uident, hanc minus firmam, quam nunc sit, efficientia: Ex pluribus nanque constructa partibus lauiori negotio fatigantur, lassantur, & a suo robore exoluuntur, quam quæ paucioribus efformantur: tunc præcipue, quum omnes particulae simul coniunctæ commissæq; (ut brachialis ossa) in uniuersis ipsarum munij, referuari nequeunt.

Iusta ossium magnitudo. Verum si paucioribus ossibus digiti constituerentur, in totam uarias pugnantesq; figuræ agere nequremus, ut igitur varie mouerentur, patiendoq; promptitudinem declinarent, trium ossium numerus sufficit.

Quandoquidem autem prelocatum os polloposito, aut uehens uectio, maius esse operaceps est, merito Natura quoque, primum cuiusque digiti os grandius secundo, & secundum rufus os tertio minus fabrefecit, non solum inferiora ossa longitudine, sed & crassiæ, & latitudine minuens, hac ratione potissimum digitos ex ampliori basi sensim in mucronem coarcens: & digitorum formam, quam in mulieram pulcherrimam ducimus, extruimus.

Decens ossium integrorum digitorum forma. Quanquam rufus murabilis industria non candem figuram digitorum ossibus, & digitis adhuc ungibus curèt obiectus largatur. Tots enim digitos paulo minus toto teretes efformauit, quod eiusmodi figuræ reliquis omnibus iniurijs minimum obnoxiam scire: ut quæ nulla extubenterentia, a foris occursumibus frangenda collidenda. Ue. Quod enim digiti extrinsecus quidem a curate gibbi sint, intus uero ac in lateribus magis compressi, aliquius etiam usus occasione factum putato. Interna nanque ipsarum regione digiti molliunt, subigunt, terunt a caprehendunt: quæ omnia deterius fierent, digitis inibi gibbis existentibus.

ut interim prætercam duriusculam nervisq; oppletam adipem, internæ digitorum sedi, corum quæ iam dicebamus officiorum causa, & tendinum defendendorū occasione, subtenam, acq; in secundo libro prolixius priuato Capite errandam. Porro quum externa digitorum regione neque horum aliquid tenemus, neque alio quoquis munere fungamur, ratione consonum fuit, digitos ad folam patiendi pertinaciam examuffis gibbos construi. Quum autem digiti in lateribus minus essent in iniurijs obnoxii, quumq; inuicem adduci, constringi, ac in ipsorum medio nullam sedem vacuum relinquare debeant, ipsos in lateribus gibbos fieri haudquaquam ex usu erat. Atque his que modo diximus pollex parvusq; digitus cum indice fatis lusfragantur, siquidem ille utrung; latus, sed magis internum gibbum adipiscitur, parvus autem externum duntaxat, index uero contrâ internum: quod his sedibus ad aliquo non tantum, sed ut non minimam Naturæ soleritatem in totius digiti figura uideamus: à qua quantum ossa discreperent, iam eniat exequi. Nullum digitorum os le offendit, quod non suprà infraq; crassius & spissius sit, quæcum secundum ipsius longitudinem: id quod etiam omnibus ferè longis ossibus communiteretur, quæ ad articulationem perpetuo crassescunt, augenturq;. Si enim undique pari constant crassiæ, animanti pondere moleq; ad modum incommodearent, ipsiç articuli, nisi ampleribus basibus concinnæ adaptarentur, penitus infirmi essent. In hoc igitur primum forma ossium à totius digiti figura differt. Si enim digitus in lateribus ossium imitaretur imaginem, quemadmodum in macilentiis ac parum gibillis uidere est, inter digitorum latera uacua confiseret sedes, quæ siquorem digiti complecti non mediotri incommodo prohiberet. Impletur uero haec ossium sedes duriuscula illa adipem, cuius paulo prius obiter meminimus. Deinde unquamq; digiti os externa sede teres & gibbum est, nullib; insigniter, nec etiam in articulorum regione, extra rectam lineam protuberans, ut etiam in lateribus ossa non admodum circa articulos prominent. Si modo primum pollicis os hinc exceperis, quod externa sede amplius magis planumq; & depresso, non autem aliorum modis gibbum uisitatur. Ad haec, tercia digitorum ossa fede externa quidem gibba sunt, fed ab ipsa articulatione quæ secundis articulantur ossibus deorum ducta, non ita atque reliqua ossa extrorum protuberant, sed unguis quodammodo cedunt, tanto enim minus prominent, quantam sedem unguis occupant, quo minus scilicet integer digitus in tertio ossi procerius, quam in reliquis, extrorum exurgat. Interna cuiusq; ossis sedes nihil minus quam gibba est, sed deprella proflus, & sinuata potius, multo alter quam externa digitorum sedes: dum modo & hinc quoq; primum pollicis os secundis, quod brachialis ossibus interna ipsius federe respondeat. Nam et si suprà infraq; ad articulorum sedes in interna manus regionem magis protuberet, & in medio ductu inibi sinuatum, exterius autem curvatum conspicatur, non tamen reliquorum digitorum ossium modo, amplius depresso & planum est, ac potius gibbum, magisq; intus quam foris acutum. Quod fanè Natura haudquaquam fortuito casuq; machinatur, secundi enim & tertij pollicis ossis internæ sedi, quemadmodum & tribus quartuor digitorum ossibus teretes tendines exportari debuerunt, qui profectò nisi ossium interna sedes ampla depressoq; & ueluti sinuata esset, in ossibus nequirent subsistere: non magis quam tereta corpora inuicem nunquam inniti cernimus.

hic const  
ntib; figu  
ras inuere  
quibus di  
gitorum q  
fa expromi  
tur.

b Manus ex  
terram s ma  
feolorum  
tab. & des  
6 et seq.  
me hic sunt  
confundere.

Neque etiam teretes illi tendines, ipsiis duntaxat applicari debuere, immo operare precium fuit & ex hac ossium sede<sup>4</sup> ligamentum enasci, secundum longitudinem ossium tendines illis ossibus committens, ipsosq; ne ab ossc exurgant declinet ut complectens. Cuiusmodi uero tendines ossibus exporigantur, quasq; ligamenta ipsi obducantur, in secundo libro afflatim recensibili-

mus, in presenti autem, tantum illorum meminisse sat sit, quantum ad ossium constructionis rationem enarrandam expedire. Per secundi itaq; pollicis ossis longitudinem interna sede eius

generis ligamentum enasci, eo libro audies, tendinem<sup>4</sup> musculi deducere, qui tertio pollicis ossi validissimum inferitur, ac eius articuli flexus autor est. Verum quia eiusmodi ligamentum Naturae nullum in primo pollicis osse condidit, neque periculum est, tendinem hac ad tertium pollicis os proreperente aliquo aberratur (ut qui undique<sup>5</sup> musculis primo pollicis ossi proprijs con-

tineatur) haudquaquam necesse fuit, primum pollicis os aliorum ossium modo planum depresso<sup>6</sup>, interna sede extrui, praecepit quom & id musculus ipsi attenens infertisq; inido-  
neum extulit. Primit uero quatuor digitorum ossibus<sup>7</sup> duo iniucem incumbentes porrigitur tendines, quorum unus secundo securum inferitur ossi: alter uero, qui succumbit, tertio implantatur: adeo ut tribus horum digitorum ossibus eiusmodi uehac<sup>8</sup> tendines, eiusq; generis ligamen-

ti qui tendines anulorum ritu transmittunt, digitorum ossa donentur: praecepit autem prima & secunda quatuor digitorum ossa, & pollicis secundum. Tertius enim non secundum totam longitudinem tendines exporiguntur, unde etiam neque ita ut inferiora uidentur de-

pressa & plana. Et quom igitur fuit, hac ossa non secus formari, quam si una pars tereti corporis diuisi essent, tendines uero ipsi exporrecti altera eius corporis pars, ut scilicet ossa simul

cum tendinibus teretem digitu imaginem confituant. Externae enim digitorum fedi eiusmodi nulli deducuntur tendines, at membranae modo toti ossium longitudini tendines ibidem duntaxat adnascuntur. Latera etiam ossium nequaquam digitorum ritu compressa lataq; sunt,

neque ulli pollicis parvusq; digitus ac indicis ossium, haces parte cum reliquorum digitorum ossibus, est differentia. Respondent enim ossium latera, tereti corporis dimidiae partis lateri,

quamvis interim ab hac figura primum pollicis os tantum discrepet, quanto minus reliquis di-

gitorum ossibus interna sede comprellum ampliusq; cernitur. Atque huiusmodi digitorum ossium est forma, longe profecto<sup>9</sup> alia quam Galenus ipsi tribuit, eam ad digitoru imaginem describens. Verum iam temporeum erit, Naturae prouidentia in digitorum articulis con-

templari: neque obiter Galeni orationi acquiesceret, qua superioris ossis caput in subsequentis sinu subire, ac exteriora sinuum supercilia insignis quam interiora exporigi seu exuberare simplieric pronunciat, eademq; articulationis specie omnibus digitorum articulis aferbit.

Vt modò nihil dicam de tendinibus<sup>10</sup> musculorum, qui digitos in latera ducunt, & a Galeno non minus secundis ac tertius digitorum articulis, quam primis, communes censemur. quam

interim nunc facile simus ostentari, neq; tertium pollicis articulum, neque aliorum digitorum secundum aut tertium articulos, primario motu in latus agit. Primum itaque pollicis os, quin-

to brachialis ossi<sup>11</sup> rara peculiaris committitur articulationis specie, qua & fleci, & extendi,

ac deinceps in latera potest in cumq; modo prouta est, ut priuatis magis motu qui in la-

tera perficiut, quam flexioni extensioni<sup>12</sup> subseruat. Quintum enim brachialis os amplius

exigit sinum, qui transuersum ampliori rubore prominens, interiori exteriori<sup>13</sup> sede insignis,

quam in lateribus, celatur. Primum autem pollicis os superius transuersum, seu secundum internum ac extermum latus inculpatur, & interius exteriusq; prouuberat quinti brachialis ossis

sinu eleganter cōgruit, & quasi mutuo ingressu ipsi articulatur. Non tamen adeo insigni, ut id

uno tantum agatur motu, reliquorum articulorum mutuo ingressu, nexorum ritu. Verum

quam interna primi pollicis ossis fedes magis quam externa prominat, & quinti brachialis ossis sinu altius imbi inculpsum, profundius subeat, id primu pollicis os magis fleci quam

extendi potest. Secundum pollicis os primo ea articuli specie articulatur, quam

Graci uocant. Inferior enim primi pollicis ossis pars in rotundum quasi capitulum definit, rotundum secundi ossis sinum subiens. Sed quia caput id transuersum, hoc est ab interno pollicis

laterale ad extermum magis protuberat, ac ueluti transuersum oblongu est, in lateribusq; uix ma-

gis quam in centro deprimitur, ac demum secundi ossis sinu huic capiti ad amulsum aptatur,

secundum pollicis os flectitur potius & extenditur, quam in latera inclinatur, quam interius

acque<sup>14</sup> in latus ducretur, si capitulum primi ossis ad amulsum rotundum effet, & in lateribus

acque<sup>15</sup> ac in anteriori sede comprellum. Dein articuli etiam ratione (quam capitulum in interna

sede valde deprimitur) secundu os maximè ac in acutissimum angulum fleci debet. Uerum

quo minus id fiat, duo hic obstant<sup>16</sup> ossicula secami feminis imagini à Gracis assimilata.

Quod uero secundu pollicis os uix extra rectam lineam extendi quicat, caput primi ossis in cau-

*Primo de V<sup>er</sup>  
su parti.  
Ossium digi-  
torum articula-  
tionis razos*

*Primo de Ad  
munti, diffici.*

*Primi polli-  
cis ossis ad bra-  
chiale neccas.*

*Secundi polli-  
cis ossis cum  
primo articu-  
li species, ip-  
sius sinu mox.*

sa est, inibi adeo leuiter depresso, hicque (ut & in lateribus) aequaliter proponendum atque in ipsius centro protuberans. Quam uero affabre, quibusque rationibus Natura haec molatur, nihil sane promptius nos edocet, quam pollicis officia, que post cognitam ossium constructionem longe plura prima intuitu spectantium animis fuggerunt, quam prolixus aliquis multas in hoc chartas obliterans, persequi possit. Secundum pollicis os tertio ossi, secus quam primum ipsius os brachiali, & alter quam secundum primo, committitur. Inferior nanque secundi ossis pars, in duo capitula bipartitur, quadam tenus orbiculata, & in medio sinu oblongo dirempta, qui non minus quam ipsa capitula cartagine incruciat. Superior uero tertii ossis sedes duos obtinet sinus, rubore quadam oblongo disunctos. Sinus hi, duo secundi ossis excipiunt capitula, ipsum autem tertii ossis tuber sinum subingreditur in secundi ossis capitulorum medio cauatum, atque hac ratione secundum os in tertium subit, uicissimque tertium os excipit, ac mutuo ingrediens ambo ossa tanquam coactantur, ut duntaxat tertium os extendi flectuque queat, nequam uero, uel minimum etiam, in latus ducatur. Quod autem tertium os in angulum flectitur, & interim non ultra rectam lineam extenditur, sed potius a flexione duntaxat erigitur, capitula sinusque articuli in causa sunt. Capitula enim, quibus sinus ad amulsum respondent, in interiora magis quam exteriora feruntur, deprimiturque: ac in externam sedem adeo obscure porrigitur atque confundit, ut inibi uix capitis speciem ostendat, itaque tertium os in posteriora inclinari prohibeant. quemadmodum etiam ipsi articulo conducere tunc dilecimus, quoniam ipsius in flexu usum perpendimus: & una colligimus, quibus modis articulus ipse infirmatur, si aquae extendi, ducique in latera posset, atque iam magna Naturae prouidentia flectitur. Huiusmodi sane articulationis species reliquorum digitorum secundi tertijque coactantur articuli. Primum autem ipsorum magna ex parte, uia antea quoque monuimus, secundo pollicis articulo conuenit. Verum longe magis illo in latus ducitur, non tamen adeo insigniter atque flectitur. Postbrachialis enim ossium capitula, in interiora multum porrigitur, deprimiturque: in lateribus autem non admodum latefunt, sed modice tamen etiam inibi deprimitur: adeo ut promptior sit flexio, quam aut extensio, aut in latus ductio. Quanquam rursus index & parvus in primo articulo priuatum id fibi uidentur, ut magis medio & anulari in latus ducantur, id quod postillum ex capitulis postbrachialis ossis, in lateribus compressione euent. Quod autem quatuor digitorum primi articuli, uix in aquae cumutum angulum ac secundi & tertii articuli flectantur, non ipsa postbrachialis ossium capita in causa sunt, ac si minus interna sede deprimeretur: sed exigua quedam officia, que sciamini feminis imaginis comparatur, hoc praestat, quia & articulum firmant, ac ne plus aqua laxem flectatur, prohibent. Deinde primi digitorum articuli reflectantur extenduntur ut magis, quam ceteri, quod brachialis capita etiam externa sede compressiora cernantur, quam digitorum ossium capita: que in nonnullis hominibus etiam articulos extendi finunt, quo externa sede impensus comprimitur. Videamus enim quodam non prima tantum digitorum internodia insigniter extrorsum inflectere, uerum & reliqua omnia, ac postillum tercia. Cuius rei specimen pulchre reddit, summa spei accuratisse, mihi iudiciu adolefens, generis preterea nobilitate ac ingenio moribus singulariter bonarum literarum ac uariarum disciplinarum eruditio cum primis clarus, IOANNES CENTVRCIO GENVENTENS, qui digitos (quos habet egregie teretes, longos, & ad omne artificiu quam maxim idoneos, ac perelegates) in posteriora adeo mirifice intorquet, ut illis aquam, perinde atque nos uola, continere queat. Quanquam is non digitorum modo articulis, uerum & alijs totius corporis, ac postillum coartat ad thoracis vertebrais, miram laxitatem non medio crirobore iunctam, ostendat. Atque huiusmodi ferè digitorum et articulatio: que etiam haud difficulter attestatur, digitorum ossa iuxta articulos merito crassiora euallis, quam in reliqua ossium longitudine. Quod autem tertium os inferiori sua fede, qua nulli alteri coactiorum ossi, etiam protuberet, alperumque capitulum duobus quasi uncillis donatum obtineat, ideo imprimitus accidit, ut toti interna latus ossis ficitur: tendo qui ipsum flectit adnascatur, ac denum suae fine in ossis apicem ualidissime infuratur, est enim is tendo omnium digitorum reliqua ossa mouentium facile maximum, robustissimamque infurationem tentans. Porro quinq[ue] digitos opotuisse fingi, inuentu nequam arduum est, si expendamus, ad que officia digiti nobis ex usu sint. Si enim pauciores essent, permulta actiones imperfectius obirentur, pluribus uero in nullo ulrum indigemus. Quod autem si pauciores formarentur, pleraque actiones intercederent, prompte aequem, si singulos priuatum sermone pertractemus. Pollicis nanque (quem reclivis quatuor opponi expedire, quicque ob id Graecis αρχις, quasi promanū dicas, muncupatur) deperdit, omnes ceteri potestate intercederent, quoniam abque huius ope illos nihil agere, uel iudices ipsi doceat, qui furibus pollicem quo postillum crumentem aut loculi praescinduntur,

<sup>I. Innotite  
hic s. figura  
G. & II. in  
I. K. ac M.  
in L.</sup>

<sup>P. rimi, secundi  
tertiij articu-  
lationis que-  
tior digitorum  
firma.</sup>

<sup>m. i. f. cap.  
25 V. V.</sup>

<sup>IOAN. CEN-  
TVRCIO  
GENVENTENS,  
mobiles ac de-  
gentes digiti.</sup>

<sup>Tertiij ossis  
digitorum pro  
celluli.</sup>

<sup>Quinq[ue] digi-  
tos ture, fe-  
deros.</sup>

<sup>Digitorum  
ugitas.</sup>

<sup>Hec scri-  
tim figura  
proprie,  
huc Capit  
prefixe.</sup>

<sup>m. i. f. cap.  
25 V. V.</sup>

<sup>Hec refer-  
ad i. C. & j.  
gare a. 25  
aperte.</sup>

<sup>n. 6 muscu-  
lum & C. &  
dorsum tab.  
tab. tendi-  
nes muscu-  
li & C. &  
dorsum tab.  
tab.</sup>

non minus quam aurem amputare solent. Ac eadem fereratione etiam Athenienses Aeginetis qui classe uelebant, pollicem praecincti decreuerunt. Reliquorum uero digitorum, index ac medius, quemadmodum post pollicem sita, ita etiam ulu secundi sunt. Parua enim corpora his aperiendimis, omniumq; artium opera ipsiis praincipiis confici cernimus: & si quid uiolentius operamur, illos potissimum in opus alicetum. Anularis & parvus, minorem quidem alijs ulimi prebent, atis nihilominus in his cernitur, in quibus amplectendum corpus circulo contprehendimus. Si enim id humidum & exiguum fuerit, digitos ad amulfum conficiens ipsi circumflexi expediri, quo in opere parvus quoque est accomodus, operculi modo alijs adiectus, porro si aliquod durum corpus tanta mole stet, ut digiti inuicem impense dirempti disiungantur, id complecti debet, praterquam quod id pluribus digitis apte comprehendendi, pluribusq; suis partibus digitos accedere committi cernimus, prompte etiam expendimus, quantum homini ex uisu fuerit digitos ad latera inuicem adduci adiutio pluriimum potuisse. Pollex enim intus eiusmodi corpus amplectitur, reliquis interim digitis externae ledi circumductis, totoq; corpore in eum modum orbiculari compreheho. Quod si sit quis ignorat plures quinque digitos prorsus fore superfluos, quum quinque ad id munus sufficere noverit: Quamobrem uero digiti in aequalibus extruantur, mediumq; longitudine ceteros uincat, hinc colligitur, quod digitorum extrema ad qualitatem pertingere fatius sit, quoties moles aliquam grandirem in ambitu comprehendimus, quemq; in ipsis liquorem, aut exiguum aliquod corpus contineat. Grandioribus enim corporibus ualide apprehendendis, retinendisq; uel fortiter emit tendis abiecidiisq; , aequalis undique apprehensionis plurimum confert. Cospicuntur enim in unam circuli circumferentia quinq; digiti concurrere, si quando illis corpus exquisitus sphaericus amplectitur. Præterea ad manus accurate ocludentas, quando uel exiguum corpus uel humidum ad amulfum continere animus est, digitorum in aequalitas ulum praefest manifetur: atq; huic functioni non medio criter politis fitus conductus. Pollicem namq; catenis digitis in officio opponitur, ipsis quoq; situ opponi necessarium fuit. At si ex opposito prorsus locaretur, mediam brachialis regionem sibi uendicans, à pluribus tandem functionibus manum impedit: ac imprimitas eas intercepit, quas sforium alterius manus uola, aut simili utrisque uolis obimus, ac proinde ex transuerso ipsum oportuit reponi, & plurimum ab alijs disiungi adiungiq;. Quum uero transuersa manus regio ad indicem aquæ, atque ad paruum digitum, constituit, propter indicem locari pollicem portius fuit, ac (uti superius commemoratum est) inferiori brachialis ossium ordinari laxe articulari. Oportebat enim manus indicibus ad inuitacem conuerti, auerti autem parvus digitis, quinetiam in extremis digitorum flexionibus parvus digitus nullâ sedem finit vacuum, index uero non parvum, que politis beneficio ocludi obturari modo operculi potest.

### DE OSSICVLIS, QVÆ SESAAMI femini comparantur. Caput XXVIII.

**HVIC** Capiti præcipue famulatur prima figura usque in quinto Capiti præposita, & internam summa manus sedem una cum osiculis hoc Capite describendis cōmonstrans: ad characteres numerum N, T, V, V, X & Y. quorum etiam N & T, in secunda eius Capitis figura cernuntur. Item hic impenso facit secunda figura trigesimo tertio Capiti prælocanda, ad characteres μ (quod etiam inibi in prima usitata figura) ϕ, ω & ς. Quin etiam figura integrum ossium compagines referentes, hac osicula h. notata proponunt.

Ceterū priuatum bac tabella duæ delineantur osicula, primo pollicis in parte interno subiecta, ac in nuper dicta figura ω & ς in signata. ac A quidem hic notat interioris ossis inferiorem sedem, terra innitentem: B eiusdem ossis superiorē sedem, que caput spectat pedij ossis pollicem sustinent. C exterioris minorisq; ossis humiliorē sedem indicat: D uero superiorē.



Violentia  
hec illa si-  
gnori, que  
in capi-  
to reu-  
lui.

**I**SSECTIO NVM professores quorundam<sup>3</sup> osiculorum meminerunt, quæ quidem articulos implere, stringere, ac quod minus luxationi redderentur obnoxii, firmare docent, at interim in quibusnam repontant articulis, quibusq; sedibus aduenientur, neminem scripsisse feci. Quapropter etiam non inopportuni faciam, si modò quibusnam in locis eius generis osicula reperiem, hic subfereo: unumquemq; interim admouens, ut etiam in pluribus articulis, quam ego iam narratus sum, eadem inquirat. Sensim nanque & temporis successu illa in pluribus obseruauit articulis, quam prima

Digiti cur  
tria quadrata

Pollicem pul.  
obr efficiam

Quibus fræ &  
bas si famina  
efficiu repo-  
natur.

L 3 fronte

*In manu.*

fronte mili occurrere. Primum itaque in interna sede secundi pollicis articuli, quo primum ipsius os secundo articulatur, duo reponuntur oscula utrumque rotunda, & solida, & non multum ab orize feminis forma difcidentia, fuit enim paulo quam semen ipsum breuiora, ut cap. 25 T. rum, ut oryzæ semen una parte depresso uisitetur, sic & horum oscularum pars depreffla, modo dicens cauta, & cartilagine ea parte incrufata est, qua primo pollicis ossi ambo committuntur. Incumbunt enim primi ossis capitinis interne sedi ad iplus capitinis radicem, & ubi id primum cartilagine obduci laevigari cipi incipit, ac unum osculum latus extermum interioris sedis capitinis, alterum uero internum latus cuiusdem sedis occupat: & utraque per illorum, quo inuicem dirimuntur interuallum tendinem ferri finunt, tertium pollicis os flecentem. Quum uero hæc oscula illi pollicis ossi ualide colligentur, externa parte gibba sunt, & ossium sedem referunt quæ ligamenta educit, tendinumq; intortionem excipit. Ad hunc fane modum, in primis reliquo digitorum interuodis<sup>b</sup> duo quoque oscula reperuntur, eodem situ polita, tanquam pollicis oscularis minor, quanto ad paruum digitum proprius accesseris. Illius enim primo articulo, aut potius capitinis postbrachialis ossis paruum fufftientis minima & quodammodo cartilaginea adnectuntur oscula. Reliqui autem digiti medio se habent modo. Præterea in senibus & ossibus (ut sic dicam) hominibus<sup>c</sup> unicum osculum aliquando in interna sede tertij pollicis articuli potius animaduertit, quod fini capita secundi ossis directimenti, in interna sede preponet. Huiusmodi etiam osculum nonnquam in singulis digitorum secundis & tertis interuodis mili occurrerit, sed adeo exiguum ut uix mili feminis magnitudine aequet, adeo ut nisi in repurgatis ossibus accuratissime caueris, id (quæcumadmodum etiam à primis articulis) uia cum ligamentis abiciatur, neque unquam se spectandum offerat. Huius etiam generis<sup>d</sup> osculum notatu dignæ magauitdini illi plerunque obseruat, ubi postbrachialis os paruum digitum sufficiens, octauo brachialis ossi articulatur, atque ita manus extremitate oscula se habent. In pede autem unum similiter inuenimus, ubi pedis os paruum digitum fuisse nens tesseram imitantur ossi coactetur, illi prouersus respondens, quod postremo loco in manu recensui. In primis uero pedis digitorum articulis huiusmodi oscula difficulter, præterquam in pollice obseruantur. In senibus tamen, quod maiuscula sunt, promptius se offerunt. In secundis autem & tertii articulis, illa nonnquam inueni, præterquam in secundo pollicis interuodio, cui grande fati<sup>e</sup> osculum subiicitur. Quanquam quæ primo pollicis interuodio subiicitur, multo insigniora primi ossis sinum subire dicemus) committuntur, leuiter sinuata sunt, & cartilaginea incrufata, illius capitinis gibbo pulchre conuenient. Inferior autem sede, quæ terram spectant, orbicularia sunt, & dimidiata parti emundata pise non abficiunt. Hæc profecto longe sunt solidissima, & præterquam quod primo pollicis preficitur articulo, tendit nem minuit, quo secundum pollicis os flecentur. Ipsa enim utrinque ad tendinus latus protuberantia, quo minus à pedis in terram innixu tendit comprimiratur, eleganter praæcaut. Atque alterum horum oscularum illud est, cuius magi & occulte philoophie secatores adeo prolixè meminerunt, quando in homine os quoddam esse tradunt ciceris imaginis respondens, nullos corruptioni obnoxium, quod in terra post mortem reconditum in stirps feminis hominem in extremi iudicis productum affirmant. Est fane utrumque os, sed potissimum exterius, mundato ciceri perquam simile, si modò id ad mediani ciceris partem referas: aut si utrumque os iuxta integrum cicer efficeris, quantum feliciter ad imaginem spectat. Dein in grandioribus hominibus internum id osculum etiam tantum est, ut tessera ex ipso prompte pareatur. In hoc tamen ab Arabum illorum commentis oscula hæc differunt, quod aliorum ossium modo frangantur, exurantur: quanquam sanci corruptioni admodum reluctantia, ac ut prius dictum est, solida sunt. Dogma autem, quo ex eiusmodi osculo hominem, cuius nunc immensam narramus fabricam, propagandum contendunt, Theologis disceptandum relinquimus, qui sibi fols liberam de resurrectione animarumq; immortalitate alterationem & sententiam uendicant. Atque ilorum etiam causa nunc de mirabilibus osculariis dextri pollicis interni oscula uiribus nihil subiiciemus, quantumvis etiam fupiæ furis, ac interdum sinuæ amatoris, uel ex publicis fictionibus eius ossi melior nobis suppetat copia, quam illis tribus apud Venetos truculentissimis scortis, quæ nuper huius osculi, cordisq; pueruli uirginis masculi, comparandi gratia, infantem trucidarunt, uiuoq; cor exemerunt, ac (ut erant dignissimæ) flagiti fuæ grauissima peccas deuerunt. Porro osculum id Arabibus ac uero occidentis tenebrosissimæ illis philoophis, Albadaran nuncupatum esse, superstitiosis qui busdam uiris notius, quam Anatomies studiolis, est: qui &

quantum brachialis os ciceris assimilare possent.

DE


*In pede que oscula habeantur.**Oscula mas-  
gis ac oscula  
philosophie  
secundorum  
seminalia.**Albadaran.*

DE HUMANI CORPORIS FABRICA LIBER I.  
 DE OSSIBVS, QVÆ OSSIS SACRI  
 lateribus committuntur. Caput XXIX.

127

PRIMA VIGESIMI SECUNDA.  
 NONI CAP. FIGVRÆ.

TER TIA.



TRIVM PRAESENTIVM FIGVRARVM ET EARVNDEM CHA-  
 racterum (quipro Capitis contextus serie mutuò se consequentur) Index.

HIS tribus figuris os delinatur, dextro sacri ossis lateri cōmissum, ac prima quidem hius ossis anteriorem sedem co situ exprimit, quo id in sceleto ab anteriori regione inspeclio se offeret, quemadmodum in prima figura trium illarū est cernere, quas butus libri calcis subiectam. Secunda figura huius ossis sedem undecim expressit, que externa est, corporisq; interiora non spectat, eo nimis situ quo id os integrum ossium compaginem ex dextro latere intuenti occurret. Tertia autem figura opposito situ internam huius ossis sedem appositissime ostendit. Ceterum etiam omnes harum figurarum nomine priuatim aliquid, ut mox persequar, indicent, ipsi statione obiter integrum quod hic delineatur os, in ilium os, & coxendicis, pubisq; subduidere licet. Vt scilicet in secunda figura d'c, per b, ad S: ac rursus in tertia, ab S, per N, ad c lineam ducent fingeres, ilium os & coxendicis ossē quodammodo terminantem. Quicquid enim supra hos habetur characteres, ilium os nuncupabitur. Quod autem inter hos characteres, in secunda figura inter V, per f, & b, ad Φ: & in tertia inter V, per O, & f, ad Φ intercluditur, coxendicis ossis loco nobis erit. Reliqua vero totius ossis sedes, pubisq; appellabuntur: que scilicet in secunda figura ad sinistrum latus characterum V, f, b, & Φ consistit. In tertia autem ad dextrum V, O, f, & Φ.

A, B, C, D, E, F, G in 3 Sedes ilium ossis notatur, que sacri ossis transversis necdatur processibus, ac A quidem, & B priuatim indicat sinus, quos anterior trium superiorum ossis sacri ossium transversorum processuum protuberans pars subicit. Et B rursus ossis ilium partem indicat, in illarū cultri acutam tenuemq;. C & C oblongum tuber ilium ossis, sacri ossis processu oblongo simili congruens. D & D longus ilium ossis sinus, qui sacri ossis tuber dorso spine modo protuberans admittit. E & F duo ueluti tubera indicentur, sinus sacri ossis obscure ingrediētia. G autem sinus notatur, qui ossis sacri tuber admitteret, transversim duos illos sacri ossis sinus

L 4 inter-

- intercedens. At huiusmodi non admodum accurate exprimitur, quum hæc sedes aspergat, inaequalis & effractæ rupis modo uariam se spectandam offert.
- H,I,2, 3* Quicquid ad dextrum *H* & in secunda figura habetur, & in tertia ad finistrum, portio nem ilium ossis indicat, posterius quam transversorum faci ossis processuum amplitudino educta.
- L,R,* *R,P* in prima: *Querò H,R,R,P* in secunda: & *P,L,H,Q* in tertia. Appendix ilium ossis indicatur. Ceterum *L* internum appendicis latus priuatum notatur. *R* uero & *R* exteri num appendicis latus, interno minus compressum. *P* anterioris appendicis extremus, *Q* posterius appendicis extreum.
- K,K,3* Sedes ad horum characterum suis strum confitens latus, nono dorsum mouentium musculo principium prebet.
- M,N,O* *Tuber*, quo principium decimi femur mouentis musculi pendet. Amplitudo autem, quam *P,L,K,K,M,N,S* in tercia figura notauimus, aut que illis characteribus circumscribitur, principium offert septimo femur mouenti musculo.
- T,1,2,3* Sinus in elatiōe coxendictis ossis sedē cælatis, & sexto ac septimo femur mouentibus musculis una cum primo crus petente nervo uiam præbet.
- S,1,2,3* Tuber externum latus dicti nunc sinus constituens.
- X,1,2, 3* Tuber internum dicti nuper sinus latus efformans.
- Z,Y,2* Prima in ilium ossis dorso admodum obcurè apparenſ linea.
- a,b* Secunda dorſilium ossis linea.
- e,f,g,1,2* Sinus & acetabulum coxendictis ossis, cui femur inarticulatur. Porro & separatim huius sinus fedem notat leui lubricaçōis cartilagine non incrustatam, altiusq; quam reliqua sinus superfici es, insculptum.
- t,i,1,2* Supercilia acetabuli in coxendictis osse cælati.
- b,1,2* Sedes ubi supercilia intercidunt, ac ueluti ſinu quodam inſigni donantur.
- c,2,3* Sedes, qua nervus cæterorum corporis maximus, atq; ex pluribus nervis conflatus porrigitur.
- d,2,3* Proceſsus coxendictis ossis, à quo ligamentum ad sacrum os enſectur.
- k,1,2,3* Sinus coxendictis ossis, ad quem decimus femur mouentium musculos, ueluti ad rotulam mirabiliter Naturæ induſtria reſectatur.
- I,m,n,o,p,q* In secunda figura, l'autem duntaxat in prima coxendictis ossis appendix notatur, ac in quidem posterior appendicis terminus inſignitur: q; uero anterior, m autem prima appendicis imprefatio, o secunda, n tercia, p ad q usq; quartæ.
- u,u,1,2* Sedes notatur, qua dexterum pubis os, cartilaginis interuentu ſinistro coalſcit. Sed in prima figura priuatum notat ossis aspergitatem, à qua cartilago abſecſit. in secunda uero, externa eius ossis fedes uifit, que musculorum educendorum occasione asperga eſt.
- r,1,2,3* Pubis ossis foramen, omnium ossium foraminibus patenteſimum.
- V,1,2,3* Sinus superiori pubis ossis, sedē incisus, quo maxima crus petens uena & arteria, ac in uiris ſeminaria ſuſa deducuntur.
- f,1,2,3* Sinus in elatiōe foraminis pubis ossis ſedē insculptus, ac uenæ & arteriæ, tertioq; crus petenti nervo, uiam porrigitur.
- t,1,2,3* Hac ſedē pubis os nonnihil criffeſit, ne nimium extenuetur, & in uiris secundum peniſ musculum, & alterum iſuſ corpus, educit.
- L,1,2, Offi-  
bus cap. 20.*
- Ulios.*
- Pubis.*
- Coxendictis.*
- In lib. de Ar-  
ticulari.*
- RANSVERSIS* trium superiorum ossis faciei ossium processibus, utrinque unum connectitur os, cui integro nullum nomen Galenus inditum affirmat. Lata enim ipsius, & superior, ac posterior, facroq; ossi commissa pars, ilium os vocatur: anterior uero ciuidem ossis pars, qua in pubis regione cum alterius lateris ossi committitur, ampliter peroratum est, Pu bis os: media autem fedes ad femoris ingreſſum poſita, Coxendictis os appellatur. adeo ut unius lateris os non ſenus denominetur, quā ſi tribus propria circumſcriptione terminatū ſubſtruereſit: posterior ſcilicet, anteriori, & medico: ſeuium ossis, pubis ossis, & ossis coxendictis. Ceterū Cello uniuersum os, coxae os: autori uero Introducitorii ſeu Medici, quemadmodū & Hippocrati nonnunquam *ἰχθύ* (quod eſt coxēdix) dicitur, quamvis interim & latiorem posteriorēm huius ossis partem ilium, anteriorem uero pubis
- 42 f. c. 18  
 à superiori  
 L p. 18 id  
 L. Sinus as-  
 min tube-  
 rati proſ-  
 fuit, N, O,  
 P, Q, ſe-  
 dicuntur.  
 b tota 1,2  
 ſ. in terpa-  
 rum uero  
 figuræ, n.  
 Quo modo  
 autem ho-  
 rum ſuſionem  
 ſedes circu-  
 ferenda  
 finit, ex cha-  
 racteriū in-  
 dice peten-  
 dum eſt.  
 e integræ  
 fig. e.



pubis os uterq; aliorum dislectionis professorum modo nuncupet. Arbitror autem sola nomina  
la sc̄lantium uenia etiam quum alterius tantum offis late pars mentio mihi incidet, illum os  
posse dicere, quis illis aut le usurpatu minus frequens sit. His itaque offibus maxima in usu  
cum scapulis est affinitas, ut enim scapulae potissimum articulandis humeris formantur, ita fa-  
nē hac offa in hoc praecipue sunt accommodata.<sup>d</sup> ut femora ipsi articulentur, horumq; ope ho-  
mo erigatur, & sedeat. Dein, ut scapula cernitur ampla, varijsq; processibus donata (quo mu-  
sculis pluribus admittendis, educendisq; aptior est) sic hac offa omnem seru confrictionis  
rationem in eum modum fabricatam ostendunt, ut ab ipsis omnes propemodum femur mo-  
uentes musculi pronascantur, præter alios quib; ab his offibus principium ducentes tibiarum, &  
thoracis, & dorsi motibus famulantur. Ceterum quiniam musculi ab his offibus ensanctur,  
quicq; in ipsa implantentur, orationis series ossium partes enarrans, sensim edocebit. Num  
autem minime pretereundet horum ossium uetus nequamq; infinitus, quo communis offi-  
sum modo, reliqua corporis partibus in se fulgerantibus, subficiuntur adiutoria? non possem  
d integrā  
rum pectoris  
ab 18.

et i. p. 16.  
lum modo, reliquis corporis partibus intar fulcrorum tubicinuentur, reliquaq[ue] partes continent & amplectantur. D[u]o enim haec olla simul cum facro olla uelut peluum quādam effor-  
mant, que intellina concinnē sustinet, & uesciam, & in foemini uterum elegantissimē conti-  
net, ac deumum cas, quas amplectentur partes, tuō munit. Primum itaq[ue] ilium ollis,<sup>1</sup> fēdes facro  
ollis commissa, egregie uaria est: quemadmodum sacri olli transuersi procellis ea fide, qua  
ollis offib[us] connectuntur, admodum uarios multiplices effertur. Singulis namque illorum procelluum finibus, illum ollis tubera, & corundem procelluum tuberibus, illum ollis  
finis ita correspondent, ut uarijs partibus mutuo ingressu illūm os facro committatur: non  
quidem conexu ad motum constitūto arbitrarium, aut finibus tuberibusq[ue] leubus & carti-  
lagine lubrica incrufatis, uerūm conexu validissimo, & in symphyseis seu unionis clafem quasi  
relerendo, que cartilaginis olli ligamenti, aut potius pura cartilaginis interuenient perficitur. Cæ  
terūm ollis illūm finir, & tuber quibus id facro olli comitatur forma, ex facri ollis deferi-

prosternit, neq[ue] possit. Tertio, tuberositas eius etiam processus procul longior, non  
donari dictum est, ita etiam ilium os, oblongum tuber sinu congruens obtinet. & quia pro-  
cessum sinus anterior pars, sinus in supercilia, satis insigniter protuberat, porrigiturq[ue] ilium  
etiam oſſi ad anteriorem oblongi tuberis fedem<sup>3</sup> sinus in culpunktur, quos protuberant  
ille processuum partes subeunt. Vbi autem humerum corrum<sup>4</sup> sinuum sedes conspicitur, ilium  
os quasi in cultri modum exauictur, ut candem cum quarti oſſi facri oſſi transfluo processu  
superficie constitut. Ruris oblongo facri oſſi tuber, quod in star spinae in processuum si-  
nibus eminere relatum est,<sup>5</sup> oblongus etiam ilium os sinus conuenient, tuber id ad amfusum si-  
lciens. Porro duobus processuum finibus ad posteriorem dicti in uno tuberis fedem confitent  
tibus, & tuberi transfuerint in illorum sinuum medio prominenti, ilium os nō aequi concinni  
re respondet, quium scilicet non adeo procerè extuberat, atq[ue] illi processuum sinus altè calantur.  
m 1 fig. D.  
D.  
n 1 fig. E.  
v 1 fig. F.  
y 1 fig. G.  
Neque etiam ilium os, illorum sinuum tuberi, fedem, qua id fulsiceretur, parat, atque (ut semel  
dicam) sacrum os ilium oſſi non admodum hac fede, ubi duo illi facri processuum finibus  
conspicuntur, conterminum est, sed plurima cartilagin ligamentina natura participans, hæc oſſa  
intercedit, totam amplitudinem, qua inuicem oſſa dehincunt, infaciens. Vniuersa igitur ilium  
oſſa fedes facio commissa, alſpera eſt, ac inaequalis, & insigniter crassa; quemadmodum & reli  
qua oſſa illis fedibus quibus inuicem compinguntur, ampla crassitate ideo esse noquimus, ut ua-  
lidioram ampliorem<sup>6</sup> connexum efficien. Atque haec crassa ilium oſſis pars<sup>7</sup> in posteriora

H. longe magis quam transuersorum facri ossis processuum amplitudo, porrigitur prominens; tum quod ilium os amplissimum latissimumque caputmodo esse oportet, ut femur mouentes & alios plerosque musculos paulo post enarrando, à se pronata finatur; tum, ut ad posterio rem facri ossis sedem aptum constitueret locum, à quo quartus hominis thoracem mouentium musculos principium duceret: una cum dorsum mouentium undecimo, qui similis cum illo thoracis musculo ab interno latero ossis ilium (qua id in posteriore ferri distinxus) & ab ossi facri posteriori sede, originem nascitur: similiter ac musculos dorsum mouentium de cunis tertius, ab hac etiam ossis facri, & ilium ossis sede, initium sumit. Porro reliqua ilium ossis amplitudo planè semicirculari figure non absimilis, superiori sua fede secundum tota semicirculis circumferentiam, appendicem obtinet, qua icteribus Spina ilium ossis dicebatur. Ipse namq; dorsum ilium ossis vocarunt, externam fuit amplitudinis sedem, quia hæc ampla est, & si cum interna conferatur, quodammodo gibba. Appendix autem fides extoribus prominet, ac ulti illius dorfi spina iure censetur. Verum & si icteres haec nomina recte insinuerint, & Galenus quoque eorum nominum, ut & ossis sedum differentiæ, apud illos sufficere animaduerterit, nihilominus si subinde Dorsum cum Spina in tibiæ & femur mouentium muscularorum descri-  
p. 12. muscu-  
tib. V.  
p. 13. muscu-  
tib. V.  
p. 4. muscu-  
tib. T. V.  
  
f. 1. L. R.  
f. 2. H.  
f. 3. P.  
f. 4. H.  
f. 5. H. Q.

*Officium factum  
officiis laetribus  
comissorum  
nus.*

*Illiū offiſe-  
des facro offi-  
comiſſi d. G. M. d.  
liz.*

*Thū offis pars  
terrorsum ma-  
gis quam factri  
offis transuer-  
si processus  
expornela.*

*Tilium officinale*  
appendix.

Lib. à de Al.  
minist. & off. d.

